Theophrasti Germani, Paracelsi ... De restituta vtriusque medicinæ vera praxi. Liber primus. Gerardo Dorn ... interprete Germanico, in hunc ordinem recolligente.

Contributors

Paracelsus, 1493-1541.
Dorn, Gerhard, active 16th century.

Publication/Creation

Lugduni : Apud Ioannem Stratium, MDLXXVIII [1578]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/cg3qrka6

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

M.B

PARA-
CELSUS
DE CUR.
MORB.

I 6+

9 a 195

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

Accession Number

Press Mark
PARACELSUS

656414A

XV2

Dupl

THEOPHRASTI GERMANI, PARACELSI, MEDICORVM ET PHILOSOPHORUM omnium, in vniuerſum facilè Principis.

De reſtitutâ vtriuſque Medicinæ verâ Praxi.

LIBER PRIMVS.

Gerardo Dorn Doctore Phyſico, ac interprete Germanico, in hunc ordinem recolligente.

Ad Illuſtriſſ. ac Potentiſſ. Princip. D. FRANCISCVM VALESIVM, Andegauorum, Biturigum, Alençonium, Turonenſium, &c. Ducem.

ALTERIVS NON SIT

QVI SVVS ESSE POTEST.

LVGDVNI,
APVD IOANNEM STRATIVM.
M. D. LXXVIII.
Cum priuileg. Cæſareæ ac Regiæ maieſt. ad decennium

SOCIETY OF LONDON MEDIC

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

AD ILLVSTRISSIMVM, ET POTENTISSIMVM PRINCIPEM, FRANCISCVM DE VALOIS Galliæ filium Regium, Ducem Alençonium, &c.

*

TRADIT *nobis Magnus ille Germanus Theophraſtus Paracelſus, Medicæ Philoſophiæ iamdudum conſopitæ, atque ſepultæ cum reliquis artibus, nouiſſimus excitator, omnem ſapientiam ab vno ſolo patre, luminum datore Deo pendere: ac ad nos, vt ad eius filios, partim hæreditario Iure, partim ſuæ liberalitatis munere deriuare. Largitur ſiquidem bonus ille parens omnium, ſapientiam & artes omnibus in vniuerſum & ſingulis æqualiter, vt non liceat experto cuiquam, ſeu induſtrio homini, ſupra vel minimum idiotam, inertemuè gloriari, nec de ſe quid præſumere. Vt nemini plura vel pauciora membra dedit in corpore cæteris, at huic vt illi paria, non ſecus & cũctorum animos ex æquo ſuæ ſapientiæ capaces, dociléſque fieri voluit. Iniquum eſt igitur hominem ab homine diſcere, quod neuter altero, hac in re ſit fœlicior. In vnoquoque deliteſcunt ac ſi dormirent artes, & quæ vigilat in vno facultas, in alio ſoporatam excitare datum eſt cœlitus, non introducere tamen: cunctis enim inſunt a primordio. Nanque ſi de re dubia*

deliberaturi plures conueniant eaque ſingulis ignota præterquam vni, cui nodum expedienti reliqua pars aſſentitur, patet omnibus aliis eandem fuiſſe rationē & ſcientiam, dum conſilium hoc in ipſis dormiens, ab eo ſuſcitatum approbant, in quo vigilauit. Alioqui nequaquam in unius omnes acquieſcere ſententiam potuiſſent, nec fateri, hunc elocutum fuiſſe, quæ ſibi non venerant in mentem, vt illi. Quid igitur quo glorietur habet, in ipſo iudicium hoc eo momento viguiſſe? in aliis enim aliud, & forſitan melius, atque excellentius, tempore ſuo poterit excitari, quod quidem in eo ipſo dormitare continget. Cōtra nemo iure conqueratur, ſibi minus alio collatum, quippe qui potuit, vt ſomnolentè ſui muneris obliuiſci dormiens, ad monere ſeipſum vigiliis atque diligentia, in id, quod in ſe latuit aptitudinis & induſtriæ, vel excitantibus eum acquieuiſſe cum patientia, talentoque ſuo ad vſuram & fructum vti, non minus atque ſuffodere, & inutiliter ſpernere. Huius calamitatis miſertus Paracelſus, & zelo charitatis motus, eò neruos totos intendere nititur indies magis, ac magis (quamquam fato ceſſit, ſcriptis vnius tamen) vt in profeſſione medica & philoſophica dormientes excitet, atqui tamquam à tenebris, ad lucem reuocet. Cum itaque videret eos ab hominibus doctos, & non ex luce naturæ (quæ diuinum lumen eſt, in hunc magnum mundum vſquequaque ſuum ſplendorem exercens,) ſpeculum hoc ipſis ob oculos ponit, vt ex eo, non ſecus atque ex libro, cernere, diſcere atque bonum inter ac malum, diſcernere, vt verum à falſo, valerent exactius & perfectius, quam ex tam variis doctorum ſuorum ſcriptis potuerunt hactenus. Nullibi non igitur inculcat

ex anatòmia magni mundi, petēdam eſſe mundanam ſapientiam, vt pote ex luce naturæ, non ſecus vt ex tenebris eiuſdem, vitiorum genus omne cognoſcendũ atque vitandum, idque variis admodum exemplis. Homo (inquit) non ſolum Dei filius, ſed etiam creaturarum eius omnium, quas natura complectitur. Vltima ſiquidem creatura de limo ſumpta, conſtat ex eis etiam, quæ ante ipſum & propter ipſum creata ſunt, vt puta ex brutina vt firmamenti natura. Etenim palam eſt, non ſolum bruta hominum viuere more, ſed quod magis, vitam iſtorum in illorum naturam tranſmutari. Verumenimuero, quia filius ex ſeipſo non benè cognoſci, nec melius, quam ex patre ſuo poteſt, naturæ brutalis, firmamentique, ac elementorum proprietates, in homine cognitu ſunt neceſſariæ. Nidos ædificant aues, domos homines atque palatia. Hos congredi, copularique ſimul, marem & fœminam, vna morari & viuere, brutina ſuadet ipſa ratio, non aliter, enim bruta facere videmus. Apes, haleca, grues, ſuis Ducibus regibuſque primas deferunt, obedientiamque præbent: hoc ipſo nos etiam ſuperant homines. Et formicæ nos arguũt pigritiæ, colligeréque per modum excitationis docent æſtate, quibus indigemus hyberno tempore, iuuenéſque ſenectuti parare neceſſaria victui. Cur his quæſo minus excitamur, quæ virtutis aliquod ſpecimen referunt, eis quæ pugnant ex diametro cum virtute: niſi quia corrupta quæ nobis ineſt illa deprauatiſſima natura, lucem extingere conatur ſuis adumbrationibus, ad ſua vitia brutum noſtrum detorquens. Vti quum canes, pro laſciuiente cane pugnare, & ſeſe lacerare videmus: quid aliud homines pro vulgata muliere? Huic per bella compara-

 tio

ratio fornicationis ad caninũ opus. Canes itidem aui ditate habendi, ac aliis nihil relinquendi pollent inui dia, ſed homines eiuſmodi vitiis, canes referunt, imo longe ſuperant: nec tantum iſtas, ſed aſtutia vulpes, immanitate ferocitateque leones, & id genus alia. Rurſus homo firmamenti filius, quia bruti: brutum enim firmamento ſubiicitur. Vt Agnus eſt ſol; & homo qui mitis eſt moribus ac vita. Lupus eſt Saturnus, & homo per rapinam, & per latrocinium vrſus. Gallus gallinaceus eſt filius Martis, & homo per bellum & iram. Firmamentum itaque brutum inclinatione regit in homine, præterea nihil: homo ex aduerſo per ſapientiam aſtris et firmamento reſiſtere poteſt, & non per brutum. De hac verò, quod alio, & ſublimiori loco pertineat, non diſſerimus. De mundana ſolum nobis eſt ſermo, quæ ad alteram collata, mera ſtulticia, non comparet antè faciem Dei, cum bruto ſuo ſiquidem emoritur. Quare huius igitur alumni, ſe Deo placere magis credunt aliis, qui minus intelligũt, eoſque pertinaciter aſpernantur, ſibi tamen longè fœliciores? Si nihil ſcire, vitam reddere fœlicem opinemur, quòd ſui talenti nullam rationem reddere tenetur is, qui nihil accepit, minus etiam oneris incumbere per ſapientiam, quam plurimum beatius erit. Hæc dicta, non vt homines à ſtudio ſapientiæ remorentur, at potius, vt cognito brutalem inter, & rationalem diſcrimine, magis ad eam partem accedant, quæ neceſsitati (propter quam artes inuentæ) honeſtatem coniungit, quam ad illam quæ ſuis appetitibus ex vtilitate ſolum indulget, vti bruta irrationalia. Pariter vt qui rationis magis participes facti ſunt, humaniter humilitérque ferant alios, qui

demiſſius

demiſſius rem aſſecuti, quod homines exiſtant, vt ipſi, etiam honore dignos exiſtiment. Quis quæſo medicum herbæ ſerpentariæ vires docuit? nunquid lux naturæ per ſerpentem? Et fortaſſè primus, qui hoc animaduertit in ſerpente, ſeipſum curante læſum, ruſticus fuit: nec mirum, quod ſors iſtorum inter ſyluana magis competat. Hac via comperietur medicum & ſapientem, à ruſtico potius, quam hũc ab illo doctum eſſe. Nihil ergo reiiciendum quicquid ex luce naturæ prodit in lucem & experientiam, ſiue per nobilem, vrbanum, vel ruralem virum, animaduerſione ſedula ſit manifeſtum. A brutis igitur excitari quemque poſſe videmus, non minus ad virtutes, quam ad vitia, hæc a ſe reiicere, illas porro ſibi deligere in ſpecimẽ, iuxta quod vitam & mores inſtituere, non eſt iniquũ, ſed ſapiente viro dignum (cum à Deo ſolo ſit virtus omnis, etiam in brutis) vt à cane, fidelitatẽ, adulationibus abiectis & inuidia: à ſerpente, prudentiam, relictis inſidiis: ab aſino, patientiam, pigritie & inertia neglectis: à columba ſimplicitatem. Nec deſunt inter alia, quæ Magiſtratum, & æquitatem obſeruant, vt ex hiſtoriis ſuis colligere eſt. Quicunque igitur ex lucis naturæ libro docti ſunt, etiam ſapientiæ filij legitimi habendi, quod ex Deo ſuas artes habeant. Quandoquidem diuini luminis & ſapientiæ plena ſunt omnia, his tamen quorum oculus eſt mẽs. Contra qui ſolum imaginationibus, dubiiſque ſuis opinionibus inſiſtunt, vel doctrinis hominum inſtruuntur, ſpurium germen vbique gentium proſeminare, ſingula monſtroſè præpoſteréque agere, ac tradere, tũ ſuos nothos palliare ſedulo curant, quatenus pro legitimis ornati forinſecus, exiſtimentur. Inde loco

ſanitatis in Medicina, mortis introductionum oriuntur varia documenta: non aliter, & in aliis artibus, vt Philoſophia, regnorum euerſiones, odia, diſſentiones, & id genus alia naſcuntur calamitatum omniũ nefanda, prodigioſaque monſtra. Tantos errores, vt auerteret in Medicina potiſsimum Paracelſus, indefeſſo labore ſummoque ſtudio fundamenta vera iecit (vt par eſt) in luce naturæ, per ignem tamen inquirenda: quò prodeat in lucem occultum, in quo virtus latet medicinalis, perfecta precioſáque margarita. Quandoquidem vti bruta, non minus elementa hominem excitant in minore globo, ſicut in maiore per firmamentum aſtra. Quiſquis iudicio pollet ac ingenio fateri cogitur ex præcedentibus, non alia, neque potiora haberi poſſe fundamenta, his quæ ponit ob oculos, & quibus nititur excitare, faceréque, vt redeatur ad ſcopum medicinæ verum, à quo longè latéque diuagatum eſt hactenus.

Proinde, Princeps illuſtriſſime, cùm antè aliquot annos, eiuſdem grauiſſimi authoris, pleroſque libros Germanico ſermone conſcriptos, in gratiam earum nationum, quæ linguam hanc nõ tenent, Latinos reddidiſſem, ac viderem præ cunctis aliis, Gallos eo philoſophandi medendíque genere delectari: eoſque multos præclaros & egregios viros, hortari ne ab incæpto deſiſterem: inter quos præcipuè (vt in bonis verſatus artibus) Petrus Degrantrye, Illuſtriſſimæ tuæ Celſitatis, aulæ magiſter ordinarius, hoſce meos conatus, ſummopere prouehere non diſtulit, eo vſque etiam, dum Illuſtriſſima tua Celſitas, phiſicæ traductionis, ac eorundem librorum interpretationis, ordinaria functione me dignata ſit, quamquam indignum

ratio

Ratio igitur poſtulat, vt quicquid in me virium erit amplius, id omne, ad eneruationem etiam, ſi opus ſit, ea in re nauiter impendam, ac faciam, quod fidelem ſeruuum & interpretem decet. Eſto mihi teſtis ab exordio præſens hoc opuſculum, licet exiguum, at propter vtilitatem, quàm parit legentibus, non vſque adeo ſpernendum. Excreſcet enim ſuo tempore (deo dãte) vt ea ex parte locum etiam inueniat inter alia, Fateor ingenuè, multò præſtantiora debere me Illuſtriſſimo C.T. ſplendori, quæ poſtquam in lucem emerſerint, ſpecubus quibus detinentur hactenus, & ad manus peruenient ſcripta quæque huius authoris Germanica, ſumma fide, ac diligentia, quibus aſtringor Illuſtriſſimæ T.C. Latinè vel Gallicè reddita, ſuam in Bibliothecam (ſuperis fauentibus) adferre conabor. Quò præclara quæque ingenia, rerum arcanarum in natura ſtudioſa gratias & laudem nomini Illuſtriſſimæ C.T. referant: cuius etiam beneficio & impenſis, longo iam temporis tractu, contractam in Gallia ſitim, valde quàm antea fœlicioribus vndis philoſophicis, medicíſque fontibus, ſatiare modo iuuabit. Quid Principe tanto dignius, in hac vita glorioſiúſve, quàm ſtudia virtutum erigere, & prouehere, quanto magis, conſopitas iniuria temporum, & hominũ inuidia deprauatas artes, cùm excitari, tum inſtaurari, atque tanquam è mortuis, in viuas Ideas reſtitui velle? Ea in re claruere ſemper Illuſtriſſimæ T.C. aui Reges Galliæ, perpetuámque ſibi demeruere laudem: quorum veſtigia ſequi Illuſtriſſimam T.C. luce clarius patet, cùm hos libros ad communem omnium vſum, & vtilitatem in Galliam afferri curat ſumma diligentia. Primùm igitur hunc librum Pra-

Elices Paracelſi, de manibus humillimi ſerui ſui dignetur ſuſcipere, necnon exilitatem operis, pro ſolita benignitate, clementer excuſare: quouſque temporis opportunitate, maiora his adferre licebit. Illuſtriſſimam Tuam Celſitatem ſeruet incolumem omnipotens Deus, cuius virtute Reges, atque Principes, vt inſtituti, conſiſtunt, corroborantur in omnibus, & confirmantur. Datum Baſileæ VI. Calendas Auguſti. M. D. LXXVIII.

*

Illuſtriſſ. C. T.

Seruulus humillimus

GERARDVS DORN.

GERARDI DORN AD LE-CTOREM PRÆFATIO.

MIrabere fortaſſis amice lector, Paracelſi Practicam, vt immenſam penè molem in atomum redigi. Si tamen conſiderabis quo tendat hoc noſtrum ſtudium, Spero non ægrè te laturum, neque hoſce meos labores improbaturum, quos in tui gratiam libenter ſubij. Videbam enim his diebus elapſis, cum eſſem in Gallia, pleroſque de confuſa huius ſcriptionis ſerie conqueri, nec immeritò. Verum ipſos latuit vix milleſimam partẽ ſcriptorum iſtius autoris, in lucem hactenus prodiiſſe eamque mutilam & ſuis membris diſſutam, vt vix liceret fragmenta ſeu micas de menſa decidentes, colligere. His tantiſper fruimur donec maiora contingãt Conſiliauit nobis Omnipotens Dominus. Illuſtriſſimi Principis Franciſci Valeſij Regij filij nunc in Gallia fauorem ea in re non exiguum, cuius virtutibus & autoritate licebit in Gallia quandoque videre de Paracelſo longè maiora & præſtantiora monumẽta his quæ nõ ſine aliquot Germanorum noſtrorum increpatione eo detuli. Dicebant iſti nõ debere me arcana Germani viri extra ſolum natiuum, ad alias nationes diripere traductionibus. Qui, quod viderent ab incœpto non deſiſtere me, ſed eo alacrius progredi, non ſat ſcio quo ductu, cœperunt & ipſimet, iſtius viri libros vertere. Quod quidẽ accidiſſe mihi iucũdius poſſe, video nihil, quã ex parte conatus meos porro euehi, quo potiſsimum ſpectant vtpotè, nedum in Germania verũ etiam per totum orbem terrarum (ſi fieri poſſet) vt ægris fraternè ſubueniatur. Sed redeã vndè digreſſus

Ea fuit animi mei ſententia, Practicam videlicet variis diſperſam libellis in vnum colligere: quo domi lector agens, velut ex indice mox reperias, quo loco de ſingulis morbis autoris mētem in Theorica debeas conſulere: vel peregrê, hoc vnico tantum perficere ac ſi reliquos tecum ferres. Quamobrem ad ſingula recepta, marginem ſatis amplam tibi reliqui, in qua liceat, ex Theoria depromptas annotationes calamo adſcribere pro arbitrio: iuxta quem etiam ordinem, vt hunc reliquos alios Practices atque Theoriæ libros deſtinaui (deo dante,) perficiendos. Nec in eo ſolum tibi proſpectum ſatis eſſe putaui, quin etiam vbi quid obſcurius occurrat elucidatione quadam, pro captu reuelatum ſit, & interpretatiunculis. Mox atque Practicam abſoluere, cuius primum librum hunc habes, ad ipſam Theoricam pergere me videbis: eo ſiquidē ordine ſeruato, quem autor noſter inſtituit, potiſſimū in re medica, in qua hanc ex illa, vt ex luce naturæ petendam, inuictiſsimis ſuſtinet argumentis. Interea benigne lector, his vtere pro tuis, & fruere, tantiſper, dum plura paramus. Quæ ſi hæc tibi grata eſſe percepero, diutius tardare non ſinam, atque nobis eorum ſit copia. Vale, meque tibi, non ſecus ac te huic profeſſioni deuinctum eſſe ſciam, habeto.

*

ERRATA SIC CORRIGITO.

Muſcicaliginis pone muſcilaginis.pagina.1. mercuiū, pone mercurium pag.2.fiori pone fieri pag.5. piſtinaceæ p.piſtinacæ ead.ſtrato,pone ſtratum.pag.7. vſuca pone vſnea pag.8.vſuræ pone vſneæ pag. eadem.aucto re pone auctiore pag. 9. collectas pone collectæ aquæ pag.10.per ob pone per os pag. 11. vtitur pone vritur, pag.13.ſuperfluum pone ſuperfluam pag ead. hermi tis pone hermetis pag.14 prunella pone prunellæ pag. eadem.caulæ pone caule pag.eadem.artetica pone arte ticæ pag.14 & 15.circulatorū pone circulatorium pag. 15.vſure pone vſneæ pag.15. ſaxifrogi pone ſaxifragi pag.15.balſumum pone balſamum pag.16. Salphuris, pone ſulphuris. pag.17.cades pone candens pag, 18. efficiſſimus pone efficaciſſimus pag.18 Roriſmorini po ne roriſmarini pag.19.ſormula pone formula.pag. 19. alteri pone alteri pag.20. iudicant pone indicant pag. 21.fomentio pone fomentatio pag 21.vngue pone vnge.pag.22.ſcite pone ſcitote pag.23. maturatini. pone maturatiui. pag.24.potum.p.potu pag.25.cedet.p.ſedet pag.26.ſuffiicit.p.ſufficit.p. 27. macubij. p. marrubij pag.27,formandum.p.ad formandum.pag.28. parthemionis.p.parthenionis pag.28.auripigimento. p. auri pigmento.pag.29. cancrenæ.p.gangrenæ pag.31. aranciarx.p.aranciarum.pag.32.aleo æpatici.p. aloe epatici. pag.35.coq;.p.coque pag.40. mareaſita. p. marcaſita. pag.42.cocleari.p.coclear pag.44 cocatur.p. coquatur pag.48.auripigimentum.p.auripigmentum pag.65.auripigimenti.p.auripigmenti ead.additinem. p. additionem pag.66.oppopanacum.p.opoponacum. pag. 67. quod.p.quo pag.68.oppopanaci p.oppoponaci pag.72. de ſpenatis.p.ſpermatis pag.74 iudiciorum.p.indiciorū pag.75.iunge.p.inūge pag 80.vs p.vſq; pag.80.oppopanaci.p.oppoponaci pag 81.arabis.p.carabis,pag.93.quę p.quæ pag 23.ſoluatur.p.ſoluantur pag.95.repartita p. partita pag 98 tantunden p.tantundem. pag.112.oppopanacis po. oppoponacis pag.113.iat.p.fiat pag 122. eufragiæ.p.eufraſiæ pag.122. in p.ad.pag.125.parmi.p. pani.pag.128.pannus.p.panus,ead.recipines,p.recipiēs. pag.124.

pag.142. Larcaſitæ. p. Marcaſitæ pag. 152. mirabalanorum. pone mirabolanorum. pag.158. repontiræ. p. raponticæ pag. 159. ariſtologiæ. pone ariſtolochiæ pag. 163 aridam. pone aridum pag.169. poſte. pone poſtea eadem.terniaebin. pone tereniabin pag.179.obiicantur.p.abiiciãtur pag.180. vtentam.p.vtendum pag.189. prç-ter.p.præter pag.190.euacando.p.euacuando.pag. 190.adurdeus.p.adurendus pag.192.vgeatur p. vrgeatur pag.194.noum.p.nonum pag.195. frigid. p. frigido pag.198.in arpus.p.corpus.pag.201.hoc in.p.hoc eſt in pag.205.ſimut p.ſimul.pag.214.mundificatio.p.mundificatione p.215.eligetur.p.ligetur pag.217.cura.p. curatu.pag.eadem.iu.p.in pag. 218.quando. p.quando pag. 220. miui.pone minij. 232. bontui. pone bontin pag. 241 .medulla pone medulæ pag.247. pudeferunt. pone pudefecerunt.pag.ead.ſeparata.p,deſperata pag.256. ſi quis.p. equis pag. eadem quem.p.quum pag. ead. ſecundum. p. ſecundum pag.26.in carnatuump.incarnatiuum 270.myrrhæ.p.myrrhæ pag.279.renponticæ.pa. renpontici pa.289.mnnns.p minus.

Priuilegium Cæſareæ maieſtatis.

RODOLPHVS Secundus Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Hũgariæ, Bohemię, Dalmatię, Croatiæ. Sclauoniæ, &c. Rex. Archidux Auſtrię, Dux Burgũdiæ, Stiriæ, Corinthiæ, Carniolæ, Vvirtembergæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Recognoſcimus & notum facimus tenore præſentium vniuerſis. Quod cum nobis humiliter ſupplicatum fuerit ex parte Iacobi du Puys Tipographi Pariſiẽſis ſeſe decreuiſſe Theoricam & Practicam Theoph. Paracelſi cura & labore Gerardi Dorn Medici in ordinem redactam & in Latinum ſermonem conuerſam, pro beneficio publico typis excudere perquam demiſſè ſupplicando, vt ipſum contra æmulorum fraudes Cæſarea authoritate noſtra clementer munire dignaremur. Nos ſanè cognito & clemẽter approbato huiuſcemodi ipſius inſtituto memoratis precibus benignè annuendũ duximus. Ac proinde ſcienter animo benè deliberato, & de Cæſarea Poteſtate noſtra expreſſè vetamus omnibus & ſingulis qui in ſacro Romano Imperio & regnis dominiiſque noſtris hereditariis, vel imprimendis vel vendendis libris, ſeu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, ne quis eorum præmemoratã Paracelſi Theoricam & Practicam poſtquam ſtudio atque opera dicti Iacobi du Puys prodierit, per totum decennium ab æditionis abſolutæ die numerandum, intra Sacri Romani Imperij & omnium regnorum ac prouinciarum noſtrarum fines, eodem vel alio charactere recudere aut vbicunque recudendum dare ſeu alibi impreſſum abducere, vendere vel diſtrahere palã vel occultè auſit. Si quis aliter fecerit & interdictũ hoc noſtrum neglexerit is non ſolummodo libris impreſſis quos nimirum præfatus Iacobus du Puys vel eius hæredes aut mandatum habentes, auxilio Magiſtratus eius loci vbi deprehẽſi fuerint, ac propria etiam authoritate apprehendere & ſibi veudicare poterunt, priuari. Verumetiã decem marcharum Auri puri mulcta Fiſco ſeu Ærario noſtro Imperiali fraudis Vindici, & dicto Iacobo du Puys eiúſve hæredib. ex æquo ſoluenda & applicanda

mulctair

mulctari debent. Mandátes proinde vniuerſis & ſingulis noſtris & Sacris Imperij regnorúmque & dominiorum noſtrorum hæreditariorum ſubditis ac fidelibus dilectis tam Eccleſiaſticis quàm Secularibus cuiuſcũq; ſtatus gradus, ordinis conditionis, atque dignitatis extiterint, prçſertim vero iis, qui in magiſtratib. conſtituti ſunt, ac vel uperiorũ ſuorum, vel proprio nomine & loco iuris & iuſtitiæ adminiſtrationẽ exercẽt, ne quenquam hoc priuilegium ſeu interdictum noſtrum impunè violare ſpernerève negligere patiantur, ſed ſi quos contumaces repererint, præſcripta pœna plecti & quibuſcunq; rectis fieri poteſt modis coerceri curẽt Quatenus & ipſi grauiſſimã indignationem, & eandem mulctam euitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu propria ſubſcriptarum, & Cæſaræi ſigilli noſtri impreſſione munitarum. Datum in noſtra Ciuitate Vienna. die 7. menſis Maij. Anno Domini 1578. Regnorum noſtrorum Romani tertio, Hungariæ ſexto & Bohemici ibidem tertio.

RVDOLPHVS.

Ad mandatum Cæſ.

V. Io. Bap. Vveber.

Maieſt. proprium.

Obenburger.

Priuilegium Regis Chriſtianiſſimi.

IL eſt permis à Iaques du Puys Marchãt Libraire iuré de noſtre Vniuerſité de Paris d'Imprimer ou faire Imprimer la Practique & Theorique de Theophraſte Paracelſe, auec defenſes à tous autres Imprimeurs de ne l'Imprimer ni faire Imprimer pendãt le temps de neuf ans, á conter du iour & date. que leſdicts liures ſeront paracheuez d'Imprimer, comme plus amplement eſt declaire eſdites lettres. Donné à Paris le 19. iour de Mars 1578.

Signé PAR LE CONSEIL

DE L'ESTOILE.

Acheué d'Imprimer le dernier iour de Iuillet 1578.

DE RESTITVTA VTRIVSQVE MEDICINÆ VERA PRAXI

LIBER PRIMVS.

Curandorum morborum methodum ordine alphabetico continens.

A

AEſtiomenum cura.

℞. Auripigmenti ℥. iij.
Aluminis calcinati ℥. vj.
Reduc & fiat alcali.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ʒ. vj.
Liquoris mumiæ. ʒ. ij.
Olei roſacei. ℥. j. ß.

Muſci caliginis, ſeminum pſillij ad pondus omnium. Fiat ex his cataplaſma vel vnguentum. Si tamen ardores aut inflãmationes adfuerint, illinenda ſunt vlcera oleo camphorę, priuſquã applicetur vnguentum hoc vel cataplaſma. Lib. præparationum in arſenico.

Aduſtionum cura.

℞. Butyri recentis quantum voles, & lique-

factum in aquam recentem & frigidam coniicito, agitatóque lignea ſpatula donec albeſcat, poſtmodū abiecta aqua ſeruetur & in vnguenti forma. prodeſt omnibus aduſtionibus, à ligno, lacte, oleo, butyro, reſina, &c. factis. vnguatur bis die quolibet, aut pluries, vt ſemper hoc butyro locus affectus pingueſcat.

Si profundæ ſint vlcerationes, poſt caloris extractionem, curandę ſunt vulnerariis aut ſticticis emplaſtris.

Aduſtionum ex metallis, ob eorum mercurium inſitum, venenatarum, cura.

Extinctio caloris præcedere debet ad hunc modum.

℞. laridum porcinum quod liquefactum & calidiſsimum proiiciatur in aquam ſolani vel ſolatri, & agitetur in ea bacillo donec in formā vnguēti redigatur, ſuperponatur, vſque in omnimodam extinctionem. Deinceps curentur communibus fodicatorum ſticticis emplaſtris ſupradictis.

Extinctio Aduſtionis à Mercurio factæ.

Pannum lineum lacte calido madefactum ſuperpone vigeſies, pluries, totiéſque, donec ſit extinctus ignis. Poſtmodum vnguentis ex butyro vel adipe ſuilla factis & ſuperpoſitis, curetur ad plenam extinctionem, qua percepta: curabitur vnguētis fodicatorum ſticticis, cum colophonia factis.

Aduſtio-

Aduſtiones per Mercuriũ, potiſsimum contingunt in amalgamationibus, & ſublimationibus cinabaris, vnde nonnunquam operarij dolorem dentium ſibi contraxerunt aut membrorum tremorem. Abluendi ſunt dentes aqua lauendulæ. Membra verò aqua vitę. Poſtmodum vtendum erit vt in aliis aduſtionibus, ſticticis emplaſtris.

Aduſtionum à ſale, vitriolo, & alumine prouenientum cura.

℞. Olei nucum ℔. ß.
Seui ceruini ℔. j.
Butiri in aqua extincti ℔. j. ß.

Ex iſtis inter ſe permixtis fiat vnguentum, quo bis die quolibet curentur, vſque ad extinctionem caloris, poſtea curentur vlterius, vulnerariis vnguentis, balſamis vel pulueribus, vt minores cicatrices relinquantur à cura. frequentiſsimæ ſunt aduſtiones eiuſmodi, tinctoribus, ob alumina quibus vtuntur.

Aduſtionum à ſulphure, ſale nitro & aquis fortibus contingentium, cura.

℞. Butyri recentis ℔. j.
Olei nucum
Seui ceruini ana ℔. ß.
Medullæ tauri ℥. iij.

Liquefacta ſimul & calidiſsima, extinguantur in aqua Nympheæ, aut ſimili: quater vel

amplius, & agitentur in vnguentum, quo vnguatur locus affectus: mox atque caluerit, innouetur vnctio, idque toties fiat, quouſq; ſit extinctus calor omnis. Curandum poſtea vulnerariis vnguentis. Quæ verò à chemicis aquis euenerit aduſtio, poſt caloris extractionem, curabitur oleis vulnerariis, & emplaſtris fodicatorum ſticticis.

Aduſtionum ex fulmine, cura, membris prorſus non abſumptis.

℞. Spermatis ranarum, deſtillati,
Sedi ſucci.
Cancrorum fluuialium ſucci ana.

quibus admiſce vitrioli, & myrrhæ modicũ, his calorem extinguito, poſtmodum vnguentis vtitor ad vſtiones poſitis, vt ſuprà. Conſumpto autem membro vt reparari nequeat, ambuſtum à ſano ſeparandum hoc vnguento.

℞. Colophoniæ ℔. j.
Picis communis ℔. ß.
Ceræ ℥. iij.

Quibus admiſce terebinthinæ & olei parũ, & inde fiat vnguentum, quo quidem applicato, mortuum à viuo decidet. Inde ligato, curatóq; fodicatorum emplaſtris ſticticis.

Aduſtionum à tormentorum ſpheris, cura.

℞. Succi ſedi.
Aceti roſacei.

Aceti

Succi ſolani.
Nymphex.
Cancrorum,&c. ana.

Horum permixtorum ſucco, per pannum expreſſo,lauandum & madefaciendum ad extinctionem, Curandum autem, vulnerariis vnguentis,& ſodicatorum emplaſtris.

Complures fieri poſſunt extinctiones, per ſuccos,limacum, lumbricorum, ranarum,cancrorum fluuialium,Spermatis ranarum, Sedi, Solani, Nympheæ, & ex caſura,nec non atramento ſutorio. Sed quæ fit ex aceto roſato, & ſucco cancrorum fluuialium, eſt omnium excellentiſsima.

Verum ſi lethalis videretur aduſtio, reſtinguendum eſſet intrinſecus,aqua vel ſucco prunorum cypriorum minorum, præcipuè pota, vel ſucco piſtinaccæ herbæ, lacte,Zytho minori,ſucco pomorum,&c.

Chirurgiæ magnæ Partis.j.lib.iij.cap.vj. vij. viij.ix.x.

Aduſtionis & gelu membrorum, vtriuſque remedium indifferens.

♃. Olei coſti ℔. j.
Seui hircini ℔. ß.
Ceræ ℥. ix.

Fiat vnguentum, ſingulis quaternis horis applicandũ,aut ſæpius,eo liquore ſemper madeat.

Aliud.

♃. Olei ex laganis auium ℥. v.

Adipis cerui ℥. ij.

Ceræ. Liquorum ex ouis ana ℥.iiij.

Mixtis vtere. Sufficiens eſt ab initio curæ vſque in finem, præter aliud medicamentum: quòd in illo mummia vera conſiſtat, frigoris & caloris, vtriuſque potiſsima cura.

Chirurgiæ Paruæ lib.j.cap.xix.

Aeſtiomenum cura per litargyrium præparatum.

℞. Litargyrij ℔.j.

Tartari calcinati ℔. ß.

Salis communis fuſi.

Aluminis rupei.

Reuerberentur ignis gradu quarto, & per aquam fontanam ab eis extrahatur alcali. Addi poſſunt.

Addi poterit.

Ad eius præparati ℥. ß.

Pulueris chelidoniæ,

Gallarum ana ℥. ij. & fiat puluis.

Lib.de præpar.de litargyrio.

Alboræ cura.

Accipe Stanni,

Plumbi.

Argenti. ana ʒ. j.

Aquæ albuminum ouorum deſtillatorum ℔. ß. Commiſceantur, &c.

Albumina in duritiem prius coquenda & poſtmodum deſtillanda.

Lib.de Apoſt.Cap.xlij.

Alcali

Alcali ex argento formula.

℞. Argenti calcinati ad profluuium, quantum libuerit, alcoor vini.
Aquæ chelidoniæ ana ℥. x.
Reducantur per euaporationem.
Doſis eſt ℈. j. vſque ad ℈. j. ß.
Lib. præparationum, de Argento.

Alcolæ cura.

℞. Realgaris præparati.
Succi chelidoniæ quantum ſufficit ad vnguentum.
Lib. de Apoſt. cap. xv.

Alopetiæ cura per antimonium præparatum.

℞. Antimonij ſubtiliſsimè triti.
Tartari calcinati.
Aluminis ana ℔. ß.
Omnia ſtrato ſuper ſtratum in lebete reuerberentur, ignis gradu quarto.

Adde.

R. hujus Antimonij præparati ℥. j.
Tragacanthi arabici.
Muſcilaginis.
Conſolidæ regalis.
Muſcilaginis ſeminum pſillij ana ℥. ij.
Fiat linimentum, quo alopecia perungatur, qualibet ſeptimana bis, calidè, & naſcentur cruſtæ quædam, quę decident, vnguantur poſtmodum hoc vnguento conſolidatiuo.
Accipe ſperniolæ

Camphoræ ana ℥. j. ß.
Olei de ceruſſa ℥. iij.

Octo dies continuos vngendum à caſu cruſtarum.

Lib.priori de præparationibus tractatu.1.de Antimonio.

Alopeciæ cura.

℞. Picis calcificum ℔. j.
Colophoniæ ℔. ß.
Bituminis de cornubus ℥. j.
Caſei præparati ℔. ß.

Fiat vnguentum.

Alia cura.

Diebus nouem continuis vngatur caput gilla, dolores mitigentur vnctione continua per oleum,&c.

Lib.de Apoſt.cap.xiiij.

Alopeciæ, Coſſarum, variolarum, & Mali mortui, curæ.

Mercurius ſolis intrinſecus,potus,& extrinſecus inunctus à radice curabit, hos & alios curatu difficillimos morbos.

Chir.mag.Partis iiij.lib.ix.cap.x.

Anactron ſalis definitio.

Genus eſt ſalis creſcens in petris, veluti muſcus,aut vſnea lapidibus innaſcens, nitri ſimilitudine: ſed non eſt nitrum à vitratiis confectum,ſpuma vitri quæ dicitur.Eſt vſuræ quid

ſimile

ſimile: decoctum aqua fit alumen acidum, & deinceps vitri formam recipit, ſpumámq; producit, &c. Falsò putarunt antiqui fel vitri anactrum eſſe.

Lib. de Apoſt. cap. 5.

Anthera Paracelſi.

Stibium album, & pulueratum ſublimetur igne lento primùm, auctore poſtmodum vſq; dum in albedinem conuertatur. medicamentum eſt ad colicam & alios morbos infinitos.

Antimonij oleum.

Antimonij ℔. j.
Accipe Mercurij ſublimati,
Salis gemmæ præparati ana ℥. ij.
Mercurij crudi ℥. j.
Aeris vſti ℥. ij.
Salis armoniaci ℥. j.

Puluerata, & ſimul permixta, deſtillentur igne vehementi, donec totus liquor effluxerit, ad ſiſtendum ſanguinem à venis effluentem, & carnem in vulneribus, & vlceribus ſupercreſcentem erodendam, & alia multa.

Antimonii Balſamum, vel oleum.

Coquendum in pultes aquâ vitrioli, poſteaquam ab eo ſal armoniacum eleuaueris: colato, rubeum inuenies obſcurum liquorem & ſpiſſum, ad vlcera ſummum remedium.

Antimonii oleum.

Sume pulueris eius, & ſalis gemmæ calcem

vſti ana ℔.iij. Trita ſimul optimè permiſceantur, ac deſtillentur in modum olei vitrioli, manabit oleum ad vlcera putrida putridámque carnem à viua ſeparãdam, abſq̃ue dolore, tum ad vulnera ſummum remedium.

Antimonij puluis rubeus.

Fiat Sal primùm, ex tartaro calcinato in albedinem, aquâ deſtillatâ tepidâ ſoluto. poſt perturbationem quieſcant, & aqua per inclinationem ſeparetur in vas aliud, aliâ recenti aquâ priori ſimili affuſâ, & ſeparatâ toties, donec in tartaro nihil acrimonię percipiatur amplius, ſed recedat à terra dulcis. Collectas aquas omnes, deſtillatione pellantur in auras, vt in fundo ſal tartari maneat.

Accipe ſalis huius ℥.iij. ſoluatur aquæ ℔.ß. iniiciatur antimonij triti ℥.ß. ſimul coquantur aliquantiſper, & fit aqua valdè clara, quæ dum refrixerit rubeſcit, & congelatur. Mox inde affundatur modicum aceti deſtillati, & ſalis acrimonia, malitiáque antimonij decidunt in fundum, Effundatur liquor iſte, affundatúrque aqua dulcis deſtillata, & tepida ſæpiùs donec acrimonia nulla guſtu percipiatur. Exiccetur tandem in rubicundiſsimum puluerem. Doſis eius eſt granum vnum vel dimidium.

Antimonij quintæ eſſentiæ forma.

Accipe florum alborum antimonij. ℥.j.ß.
Aquarum Meliſſæ.
Vitæ circulatæ.
Succi chelidoniæ ana ℥.iij.

Digerantur

Digerantur diebus duodecim, & poſtmodum ſeparando per balneum inuenies eſſentiam antimonij, de quâ doſim vnam facies ℥. ß. flores antimonij quære de tincturis phyſicis.

Lib. de contracturis tractatu. ij. cap. iij.

Anthos vel Sonath. Paracelſi.

Anthos vel Sonath ♃ .p. 24

Accipe Sulphuris ℥. ß. & affuſum ℥. xx. ſpiritûs vini digeratur ad ſolem per menſem, & deſtilletur reaffundatur deſtillatum, & iterum addatur ſulphuris ℥. ß. digeratur vt prius optimè clauſo vitro, tandem deſtilletur iterum, vt antea. Hoc modo ſulphuris ℥. ij. extrahi poſſunt, & ad mumiam adduci terræ, quod balſamum, eſt ad vlcera pertinaciſsima remedium, eorum fluxiones ſiſtens: éſtque per ôb aſſumptum præſeruatiuum ab omni putredine.

per os.

Antracis cura.

Antrax apostema

Antrax eſt apoſtema, generatum ex Realgare Mercurij, quod in radice venarum ſimilium oritur, exitum ſibi faciens, manente nihilominus radice in ſuo centro.

Diaphoreticum medicamentum.

℞. Vini correcti ℥. x.
Theriacæ ℥. ß.
Myrrhæ
Croci ana ʒ. j.
Liquoris zinziberis.
Piperis ana ʒ. ß.

Miſceantur, & eius ℥. ß. cum optimo vino bibatur.

Chirurgiæ Paruæ lib. iij. cap. iij.

A poſte-

Apoſtematum communium cura per Oppodeltoch.

℞. Litargirij cocti
in ceratum ℥. iij.
De incarnatiuis quatuor ℥. ß.
De gummi liquefactis ℥. ij.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem. Optimum fuerit ſecare venas è quibus oriuntur, ad tollendam rubedinem & ſanguinē corruptum nedum in his tantum, ſed etiam in omnib. aliis.

Lib. de Apoſtematis cap. j.

Aquæ ſalis gemmæ formula.

℞. Salis gemmæ ℔. ß.
aquæ pluuialis ℔. j.

Deſtillētur per retortum vſque dum ſubſtantia tota ſalis per vitrum aſcenderit.

Auri purgatio.

℞. Auri ℥. ß.
Antimonij ℥. iij.

Liquefiant in tegulum, &c.

Lib. præparationum de Auro.

Arcanum primæ materiæ.

℞. primam materiam ſeminariam, hanc in flacco digeri permittas, digeſtione reſolutiua per menſem. Cui poſtmodum additio iungatur Monarchiæ æquali pondere, digerique ſinatur iterum, ex vno in menſem alterum. Poſtmodum deſtilla materiam hanc, & quod aſcenderit, arcanum erit materiæ primæ.

Arcanum

Arcanum lapidis philoſophorum.

℞. Elementum mercurij, & ſepara purum ab impuro. Poſtmodum reuerberetur vſque in albedinem, quæ ſublimetur per ſal armoniacum, tamdiu donec reſoluatur: id calcinetur & ſoluatut iterum,& in pellicano digeratur vno menſe,tandem coaguletur in corpus.Hoc non vtitur amplius,nec vllo modo conſumitur, at in eodem ſtatu permanet,corpora quæ penetrat in cineritio permanẽtia ſunt, & in nihilum reduci minimè poſſunt, minui, nec alterari, Aufert lapis hic à ſenſibilibus,& inſenſibilibus minorem eſſentiam, & qualitatem ſuperfluum, vt narratum eſt.

Arcanum mercurij vitæ.

archidox l.5. de arcanis p.126.

℞. Mercurium eſſenſificatum, quem ab omni ſuperfluitate ſua ſeparato, prout purum ab impuro. Poſtmodum ſublima cum antimonio,vt aſcendant ambo,& vnũ fiant. Deinde reſoluantur ſuper marmor ,& ad quartam vicem vſque coagulentur. Hoc peracto,habebis mercurium vitæ,quo renouantur & reſtaurantur omnia.

Arcanum tincturæ.

℞. Membrorum eſſentiam, à qua ſeparabis elementa. Poſtmodum ignem eorum in digeſtione poſitum relinques tantiſper, donec in fundo nihil amplius reſideat, nec ibidem vlla materia prorſus appareat ſubſtantialiter.

Deinceps, accipe materiam & vitrum,vt eſt

lutatum

lutatum hermitis luto, & ponas in locum hu-
midum & frigidum: reſoluetur ibidem in viſi-
bilem rurſus materiam. Notandum eſſentiis
mēbrorum, eſſe corpora, vt herbas & alia vi
membris principalibus corporis attributa.

Lib. archidoxorum, de Arcanis.

Arcanorum quatuor ad contractiuras formulæ.

Arcanum compoſitum.

℞. Alcool vini ℔. vj.
Cantharidum ℥. x.
Foliorum campani florum, Tapſi, Cha-
momillæ, Hyppericonis ana m̄. vj.

Tere miſcéque ſimul, & in ſole, vel in fimo
digerantur per menſem, deſtillentur poſtea,
deſtillatóque addantur. Canapi, florum Tapſi,
Camomillæ, hypericonis, centaureæ, prunellæ,
Betonicæ ana ℔. ß. Maſticis, Mumiæ ana ℥. j.
thuris ℥. v. lumbricorum terreſtrium, ranarum
ana ℔. ß. deſtillentur in circulatorio per octo
dies, & vtere vti de balſamis diximus.

Arcanum ſolidum.

Accipe ſucci flammulæ ex tota ſubſtantia,
hoc eſt floribus, foliis, caulæ, & radicibus, ſucci
ci florum tapſi, ana ℔. j. alcool vini ℔. ij. di-
gerantur in ventre equino per decem dies,
vtere, vt ſupra.

Arcanum elementatum.

Sume chelidoniæ, meliſſæ, erucæ, iuæ artetti-
ca, florum

ca,florum tapſi,papaueris,centaureæ, betonicæ,parthenionis, hyppericonis ana m̃. ij. Terantur omnia ſimul, aceti parumper addendo,putrificentur, exprimantur optimè,& ſuccus per circulatorum rectificetur diebus decem poſtmodum vtere,vt aliis.

Arcanum metallinum.

Reſolutum metallum circuletur diebus octo,dulcificetur & in vſum aſſumatur: metallorum tamen erit faciendum diſcrimen. Solis aqua metallina,præ cæteris eſt ad contracturas excellentiſsima,præſtantiſsimáque.

Lib.de contracturis tractatu.ij.cap.viij.

Arenæ, vſuræ, pruinæ vel grandinis cura.

℞ Saxifraxi ℥.j.
Boracis ʒ. ij.
Salis gemmæ ʒ. vj.
Salis fuſi ʒ. j.

Stratificata reuerberentur.24.horis, ignis gradu quarto.poſtmodum extrahatur eius alcali, Doſis eſt ʒ. ß. in optimo vino.

Alia cura.

℞. Saxifragi ℥.j. Reuerbera per ſe in ſupremo ignis gradu,eius reuerberati accipe ℥.j. alcali ex radicibus raphani maioris ʒ. j. alcali ex radicibus petroſelini ℈. j. Miſceantur. Doſis eſt,à ℈. j. vſque ad ij.vel iij.

Addi poſſunt.

Ad eius ſaxifragi præparati ʒ. j. ß.

Seminis

Seminis apij.
Erucæ ana ʒ. j.
Medonis clarificati ℥. x.
Doſis eſt à ℈. iiij. in vj. vel vij.

Perſeuerandus erit vſus eiuſmodi medicamenti, donec in lotio materia nulla tartari conſpiciatur amplius.

Lib. præparationum, de Saxifrago.

Aſcitis cura.

℞. Stanni purgati ℥. j.
Antimonij ℥. ij.
Cineris naturæ, ad pondus omnium.

Reuerberentur horis 24. Poſtmodum
Accipe huius calcinata materiæ ℔. j.
Alcool vini ℔. ß. fiat alcali. Doſis eſt ʒ. j. in ʒ. j. ß.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ʒ. ß.
Sanguinis draconis ʒ. ij.
Liquoris tapſi ℥. j.
Miſceantur. Doſis eſt ℥. ß.

Lib. præparationum, de Stanno.

Arſenici Balſumum, aut oleum, fixãdum eſt per ſal vrinæ, deinceps in oleum per ſeipſum conuertendum. vlcera citiſsimè curat.

Chirurgiæ Paruæ lib. ij. cap. vij.

Aſtchachilos cura.

Poſt panaritij curam vtendum eſt hoc Emplaſtro.

℞. Olei de vitellis ouorum ℥. ij.
Ceræ ℥. ß.

Colophoniæ

Colophoniæ ℥. iij.
Myrrhæ rubeæ, ad pondus omnium.
Fiat emplaſtrum ſecundum artem.
Lib. de Apoſt. cap. xviij.

Aſtmatis cura.

℞. Sulphuris fuſi ℔. j.
De flaxis ſandali Rubei,
Cupreſsi & pini, ana ℔. j.
Stratifica, reuerbera, & extrahe ſuum alcali.
Huius alcali ſume ℥. x.
Myrrhæ ℥. v. Sublima rurſus deficientibus omnibus aliis medicamentis, iſtud erit vltimum & optimum remedium.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ſulphuris ℥. ß.
Thebaici correcti ʒ. iij.
Theriacæ quantum ſufficit ad bolum formandum, Doſis eſt ℈. j. in ij. vel in ʒ. j.
Lib. præparationum, de ſulphure.

Auri balſamum vel oleum ad vlcerum curam.

℞. Auri laminati ʒ. j.
Olei de pino ʒ. iiij.
Ponantur in digeſtionem ſeptimanis quatuor. Poſtmodum oleum ablue, manebit in fundo puluis, quem vnà cum tereniabin crudo poteris adminiſtrare.

Alio modo, ſic præparato.

℞. Foliorum auri ʒ. j.

☉ balsam. p 22
manna

Olei Maſticis ℥. vj.

Digerantur per menſem. Separabis ab oleo, vt priùs, affuſo alcoole vini, digeri permittas octo diebus: & abſtrahatur alcool balneo mariæ, Hoc vteris oleo. ter in ſeptimana.

Chirurgiæ Paruæ lib. ij. cap. vij.

O=O oo ad vlcera

Auripigmenti oleum, vel arſenici balſamum.

♃. Auripigmentum tritum, huic adde ſui duplum ſalis nitri, & accenſis prunis ſub dio propter noxios vapores, tigillus excandeſcat, materiáque dicta ſenſim iniiciatur, donec tota ſalis nitri ſubſtantia ſuos flatus reliquerit, quo percepto, augeatur ignis per iij. vel iiij. horas, inde fiet vt auripigmentum ad modum butyri liquatum in fundo videatur. Frigefacta materia candes ac nitens, optimè trita ſuper marmore loco humido ſoluatur in liquorem, qui latius per cucurbitam deſtillari poteſt ad vlcera quæuis, & quamuis putrida manantiáq; efficiſsimus.

Aurum potabile.

Hoc repurgatum per antimonium, ſoluatur in aqua vel liquore viridi ſalis in puluerẽ, qui cœleſti aqua deſtillata ſæpius abluatur, donec ſalſedo recedat omnis: vel aliter calcinari poſſunt auri laminæ per plumbi laminas in cemento 24. horis & ablui. Pulueri affundatur ſpiritus vini tantum, vt quatuor digitis latis ſupereminea t, & in vaſe clauſo digerantur

tur balneo maris temperato calore tribus vel quatuor ſeptimanis. Et calore tingetur ſpiritus citrino vel rubeo, corpore ſolis in fundo manēte albo. Spiritus á calore ſeparatur balneo. Rectificetur.

Parar

Auri potabilis forma: ad Contracturas

Accipe auri foliati, puluerati, & in ſuccum ſoluti ℥.j. huic addito aceti deſtillati, quãtum ſatis eſſe videbitur, ſimúlque toties deſtillentur & ſeparentur, quoad ſaporis eius quod adiunctum eſt nihil prorſus maneat. Poſtmodum in aquæ vitæ ſubſequentis ℥.v. digeratur in pellicano per menſem. Habebis aurum potabile perfectum.

Aquæ vitæ huius formula.

Accipe vini ardentis rectificati ℔.x. Roſarum, Meliſſæ, Roriſmorini, Anthos, Cheyri, foliorum vtriuſque ellebori, Maioranæ, ana m̄.j. Cinamomi, Macis Nucis muſcatæ, Caryophillorum, Granorum, paradyſi, Piperum omnium, Cubebarum ana ℥ij. Succi chelidoniæ, Tapſi, Meliſſæ ana ℔.ß. Cinerum fabarum ℥.v. Mixta ſimul omnia per duodecim dies in pellicano digerantur, ſepara tandem & vtere vt ſupra.

Expoſitio deſcriptionis auri potabilis ad contracturas.

Dorn.

Obſcura ſatis formula quæ de auro potabili

poſita eſt, requirit aliquam interpretationem vbi ſic habetur, (auri foliati, puluerati, & in ſuccum ſoluti) pulueratum intelligo, calcinatum quod diuerſimodè fieri ſolet, primò, quũ, argento viuo calefacto, igne modico permiſcetur, amalgametionem vocãt aurifabris non incognitam. & poſtmodum igne totum argentum viuum pellitur in auras, in fundo vaſis auri puluere ſubrufo reſidente. Eſt & alia terendi auri ratio, ſi lamina eius ſupra orificium vaſis ad hoc apti locetur, & in vaſe ſubtus vel argentum viuum ſublimatum, vel plumbum liquefactum, ſuper prunas teneatur, vt vaporem accipiat, quo redditur ita friabile vt alteri digitis valeat, & in puluerem adduci. Poteſt etiam aliter in pollinem redigi, ſi liquefactione per vehementiam ignis, in lebete permiſceatur, cum ſex aut plures põderis ſui partes argenti, poſtmodum in ſubtiles bracteas malleis fabrefacta, ambo ſoluantur in aqua forti: totum argentum in aquam tranſit, auro ſubſidente forma pulueris ſubnigri, qui puluis, vt reliqui cùm ſale gemmæ vel communi reuerberandus igne fortiori, vt formam (ſi fieri queat) metallicam deperdat de quo infra latius. Poſtmodum abluendus eſt aqua communi, vel vt in præcedentibus, aceto deſtillato, ſæpius ac dum acredinem vaporum realgaicorum, aquarum fortium, & ſalium deponat prorſum, quod exſapore linguæ admouendo deprehendi facile poterit. Hoc peracto ad digeſtionem cum aqua vitæ aptum eſt.

Reſtat

Reſtat, vt in aquæ vitæ formula, quid per Anthos, & Cheiri, ſignificetur declaremus ex authoris ſententiâ. Quoties de vegetabilibus eſt ſermo, nihil aliud intelligendum per ea vult, quam ad literam vegetabiles roriſmarini flores, & alios, quos vulgo caryphillatos ab odore vocare ſolent. Aliter quum de mineralibus aliis locis tractabitur, moneo vos vt ad mineralia mentem flectatis, & Anthos auri rubeum Elixir, Cheiri vero, argenti albũ exiſtimetis. Quod ſuperiori loco de mineralibus ſermo fiat, iudicant præcedẽtia materialia receptum ingredientia nedum, verum etiam, vbi de manipulis agitur, facilè colligi poteſt, pulueres minerales, manipulis non, ſed pondere metiri conſueuiſſe medicos, cum Spagiricæ, tum alterius medicinæ.

Lib. de contrac. Tract. ij. cap. ij.

Aurium Tinnitus, & ſurditatis, viſus hebetudinis, ex tormentorum tumultu, campanarúmve ſonitu cura.

Auricularum pendulæ partes, pungantur in balneo, vt ſanguis exeat. Si non iuuerit, applicentur ventoſæ poſt aures. Si rurſus non iuuerit ſectio venæ fiat ſub linguâ. Poſt quod nullum eſt remedium.

Oculis affectis, viſúque debiliori, farinâ viciarum & hordei, in aquâ coctâ, fiat fomentio fræquens, eiuſcemodi pultes tenendo ſuper

oculos donec frigeſcant ſingulis diebus manè: vbi decolare aqua deſierit, angulos oculorum vngue guttula olei laterini, diebus ſingulis etiam diluculo,&c.

Chirurgiæ magnæ Partis j.lib.iij.cap.xj.

☉ Vitæ

Aurum vitæ.

p 17

Fiat amalgama ex partibus duabus mercurij mundati, & repurgati ſolis parte j.per corium hircinum exprimatur mercurius,qui non eſt amalgamatus:iterũ amalgametur,& exprimatur,ídq; toties, donec ad ſolis ℥.j. mercurij ℥.vij.vel viij.cõiungantur. Amalgama ſoluatur aquâ forti, ex vitrioli partibus ij.& ſalis nitri parte j.facta,& argenti lamellis defecatâ,cuius portio ſit ℥.ij. deſtillatione ſeparetur, & iterũ affundatur, ídque quinquies cohobando. ad hunc modum fit puluis rubicundiſsimus, qui poſitus in lebetem fuſorium coopertum, inter prunas relinquitur donec modicè candeat, poſtmodum eximitur.Frigefactum aquâ roſarum abluitur, exiccatur & ſeruatur ad vſum. Doſis eius eſt.iuuenibus denarij medij põdus, fortibus & adultis,denarius integer.ad obſtructiones, morbos intercutaneos, morbum venereum, peſtem, lepram, &c. ad vlcera perditiſsima per os ſi aſſumatur, vel vnguentis, & emplaſtris admiſceatur.

Balſamum

Balſamum vulnerarium abſque vltramarinis.

℞. Olei oliuarum ℔.ß.
Olei de nucibus noſtratibus ℔.j.ß.
Mummiæ de medullis ℥.iij.
Mummiæ pinguedinis ℥.ix.
Conſolidæ aureæ.
Florum centaureæ ana ℥.xv.

Digerantur ad ſolem. Balſamum hoc excellétius eſt (licet vltramarinis careat) cunctis receptis hactenus à vobis preſcriptis. Reliquum hoc ſcite Galenici: ſi recepta componere vellem ex vltramarinis, à diuerſis regionibus collectis, omnes ſectas veſtras confunderem & inuerterem, libros, pharmacopolas, atque theſauros veſtros, quos ab Adami temporibus in hunc vſque diem, collegiſtis.
Chirurgiæ Paruæ. lib. j. cap. iij.

Bocij Cura. Bocium. C.

Menſtrui prouocatio.

℞. Liquoris pulegij. Artemiſiæ ana ℥.iij.
Vini correcti ℥.vij.
De liquoribus ſplenis bouis caſtrati ℥.j.

Reduc ad mixturam. Doſis ℥. ß. manè & veſperi.

Additio.

Addatur aqua ex fructib. ſauinæ vel oleű ex granis eiuſdem Hæmorrhoidarű prouocatio.

℞. Seraphini colati ℥ß.
Bdelij, Maſticis ana ℥.i.
Fiat emplaſtrum per ſe, ſecundum artem & applicetur loco hæmorrhoidarum.
Lib. de Apoſt. cap. xxx

Bubonis venerei cura.

Maturatini deſcriptio.

℞. De quatuor reſinis ℥ ß.
De liquoribus altheæ.
Biſmalue ana ℥. iij. fiat mixtura
Oppodeltoch Deſcriptio.
℞. De quatuor ſeminibus incarnatiuis ℥.ß.
Ceræ. Colophoniæ ana ℥.ij.
Picis naualis ℥.iij.
Reduc in emplaſtrum.
Lib. de Apoſt. cap. xxiij.

Bubonis ex venere, cura.

Lapillos vini, Aquilæ exSaturno cõmiſceto, ſine quibus curare non bene vales.

Morpheæ, & Guttæ roſaceæ, Cura.

℞. Liliorum conuallium ℔. ß.
Mercurij hæmatini præſcripti ʒ. j.
Digerantur ad ſolem, & per alembicum deſtillata exibeantur ſingulis diebus, donec, morborum ſigna quæuis abierint melius ac tutius potum curantur intrinſecus, quam lotionibus extrinſecis, quibus vix rectæ curari poſſunt vnquam.
Chir. mag. par. iiij lib. ix. cap. viij.

Branci cura.

In arcanis conſiſtit,& in aqua prunellæ.

Gargariſmus.

Accipe piretri ℥. j.
Succi hyppericonis ℥. ij.
Succi perſicariæ ℥. iij.
Oximellis ſcylliticij ad pondus omnium. commiſceantur.

Alius gargariſmus.

Sume liquoris mumiæ ℥. i.
Succi perſicariæ ℥.ij.
Aceti communis ℥. iij.fiat mixtura
Lib. de Apoſt. cap. xl.

Caduci morbi cura cum ſuis ſpeciebus, Analepſia, Catalepſia, & Epilepſia.

Epilepsia

♃. vitrioli cuperoſi ℔. j. eius phlegma per deſtillationem abſtrahe, hoc iterum ad corpus affunde, rurſum deſtilla, & affunde,quater id repetendo, igne quarti gradus. Doſis eius eſt ℈. ß.m̄. ℈.j. antè & poſt paroxiſmum.

Addi poſſunt.

Ad vitrioli præparati huius ʒ. j.
Liquoris viſci quercini.

Orizontis ana ʒ. ß. & grana.iij.

Fiat mixtura. Nuca poteſt vngi pinguedine caſtoris, &c.

Lib. præparationum, de vitriolo.

Callus. cl

Calli cura.

℞. Olei roſarum ℥. vj.
Calcis viuæ extinctæ ℥. iij.
Caphuræ ʒ.v.

Fiat mixtura, quæ ſuperponatur vnguentii loco, Sed ſi callus in vlcus tranſiiſſet, hoc vtendum eſt.

℞. Spernioli ℥. j.
Olei de caphura ʒ.ij.
Succi papaueris,
Hyoſciami ana ad pondus omnium,

Fiat emplaſtrum, quod ſuper ponatur, vt calorem cedet.

Poſtmodum.

Sume Emplaſtrorum apoſtoliconis.
Diachilon,ana ℥. ß.
Mummiæ ℥. iij. Ceruſſæ ʒ. ij.
Caphuræ ʒ. j.

Miſceãtur & fiat vnguẽtum ſuper carbones

Lib. de Apoſt. cap. lix.

Cambuca

Cambucæ cura.

Vnguentum camphoratum

℞. Camphoræ ʒ.ij.
Vitellorum ouorum ℥.iiij.

Fiat mixtura, quæ poſita ſuper marmor in cella vinaria, vertitur in oleum.

Empla-

Emplaſtrum.

℞. Mummiæ ℥.ß.

Reſinæ de botin ablutæ per aquam roſaceã quantum ſuffiſcit pro incorporatione,

Fiat emplaſtrum.

Lib. de Apoſt. cap.xxiiij.

Varicum.

Cambucæ cura.

℞. Mercurij ex venere confecti partem j.
Olei vitrioli,non rubei partes xxv.

In aqua parthenionis,12.hauſtibus exhibeatur. Poſtmodum Oppodeltoch,vel vnguento ex Mercurio hæmatino,curetur extrinſecus.

Chir. mag. par. iiij. Lib.ix. cap. vj.

Cancri morbi cura per litargyrium præparatum.

℞. Litargyrij triti ℔.ß.
Aquæ ſalis.
Aluminis ana ℔. j.
Aceti ℔. iiij.

Simul omnia paulatim bulliant, vſque ad exiccationem, affunde poſtmodum aquam fontanam, & calido loco macerentur horis duodecim, vel circiter, & inde mox exiccari facito,& præparatũ erit ad cancrum & fiſtulas

Addi poſſunt.

Ad huius litargirij præparati ℥. iij.
Succi marubij
Perſicariæ ana ℥. j.

Olei

Olei ex vitellis ouorum, quod ſatis eſt formandum vnguentum.

Lib. de præparationib. tractatu j.
De litargyrio.

Cancri cura.

℞. Glutinis aquatici, quantum voles. Deſtillatione reduc in aquam, cui tantundem addito colcotharis, & ad ſingulorum ℔.j. Floris æris ℥.j.ß. adiiciatur mixta & ſuperpoſita maneant, vſque dum putreſcant, hoc plerunque die quarto ſolet fieri. Deinceps vtaris emplaſtro mundificatiuo, ad curam tentiginis prauæ poſito. Poſt immundicierum extractionem, ſuperſparge puluerem, qui ſequitur.

Puluis ad cancri curam idoneus.

℞. Pulueris ex ſucco chelidoniæ.
Parthemionis
Centaureæ ana ℥.ß.
Mummiæ ℥.j.

Sub iſtis pulueribus, manè & veſperi ligatum cancroſum vlcus optimè perſanatur.

Chirurgiæ Paruæ lib.ij.cap.vij.

Cancri apoſtematis cura.

Eius cura triplex. prima phyſica, per quam hæmorrhagiales menſtrualéſque fluxiones amouendæ ſunt: ſecunda chirurgica, per anodinum vnguentum mortificando: tertia conſolidando.

Glutinis aquatici in aquam redacti ℔.j.

colcotharis

colcotharis eius ℥.j.ß. Florum æris quantū ſatis,iuxta quantitatem colcotharis : mixta ſimul, vlceri ſuperponantur, & maneant vſque dum putrefiant, quod plerunque fieri ſolet in quatuor diebus. Deinceps ablatis apponatur mundificatiuum, ad noli me tangere præſcriptum, & quum putridā extraxerit materiam, ſuperpone puluerem qui ſequitur.

℞. puluerum ex ſuccho chelidoniæ.
Parthenionis.
Centaureæ ana ℥.ß.
Mummiæ ℥.j. manè & veſperi ligabis.

Anodinum vnguentum.

℞. Spernioli.
Succi ſolatri ana ℥.j.
Liquoris vernicis ℥.ß.
Reducantur in formam vnguenti.
Lib.de Apoſt.cap.iij.

Cancri cura.

℞. Auripigmenti ℥.v.
Fuliginis ℥.ß.
Salis armoniaci ℥.iij.
Reducantur in reuerberationē quarti gradus per diem integrum,& inde fiat alcali.

Addi poſſunt.

Ad huius auripigmenti præparati ℥.v. Cinerum ex fimo columbino, & Olei vitellorum ouorum, quantum ſufficit ad formandum vnguentum.

Lib.præparationum,de auripigmento.

Cancri & fiſtularum certiſſima cura.

℞.Præparati Mercurij maximi ʒ.j.
Oleorum è lateribus vertonem j.
Terebinthinæ ℔.ß.
Cariophillorum per mixtionem ℥.ij.

Miſceantur & per balneum deſtillentur, deſtillato poſtmodum adiungantur,
Maſtices
Myrrhæ,
Thuris ana ℥.iij.
Mummiæ verto j.id eſt ℥.iij.

Omnia ſimul commixta, per alembicum iterum deſtillentur in oleum, ad ℥.j. huius addatur ʒ. j. Mercurij præparati, ſupra poſiti in recepto, intelligendum non eſſe prius aliis permiſcendum in deſtillatione ſecunda ſed in prima tantum.

Fiat ex omnibus linimentum, quo perungantur vlcera dicta. Poſtmodum emplaſtro ſtictico deligentur.

Lauamentum hoc tamen, præcedere debet ſupra poſitum linimentum.

Lauamentum.

℞. Aluminis ℥.ß.
Salis ℥. j.
Mellis ℥.ij.
Vini & aquæ ana ℔.j.
Per diſſolutionem commiſceantur.

Linimenta præſtantiora ſupra ſcripto exhibēt olia dulcia, antimonij, plumbi & mercurij.

Cancrenæ

Cancrenæ cura.

℞. Succorum Nenupharis.
Solatri. Papaueris
Lolij ana ℥.ij.
Opij ℥.xv.
Mandragoræ ʒ.iij.
Succi ex radicibus hyoſchiami ℥.v.

Reduc in vnguẽtum cum oleo de litargyrio Lib. de Apoſt. cap.xvj.

Cerebri dolorum, Hæpatis defectuum, & ſplenis debilitatis cura.

℞. Argenti laminati ʒ.iij.
Salis gemmæ ʒ. vj.

Stratificata reuerberentur vigintiquatuor horis, poſtea extrahatur alcali, quod iniectũ in alcool vini, maneat per dies aliquot, & reſoluetur vti vinum ardens apparens, fiat ſeparatio vini, & in fundo reſidebit alcali, quod in vitro poſitum,& loco humido ſoluitur iterum. Doſis eſt à granis v. in vj. vel xij.

Morborum eorundem & profluuij cura.

℞. Argenti limati ℥. j.
Sulphuris purgati ℥. iiij.
Reſinæ pini ℥. ij.

Fiat inde bolus quem accendas, & poſtea reducas per fontanam aquam. Doſis eius eſt ℈. j. vſque in ℈.j.ß.

Hæc

Hæc præparatio bona, prior verò melior.

Lib. præparationum. de argento.

Cinzillæ cura.

Radix diaphragmatis eſt mundificanda per conſolidam regalem, & poſtmodum, oppodeltocho ſingulis duodenis horis deliganda.

Oppodeltochi forma.

℞. Colophoniæ ℔. j. puluerē Chelidoniæ Aranciarx ana ℥. iiij.

Viſci de botin, quantum ſatis eſt ad incorporandum.

Lib. de Apoſt. cap. xxxiij.

Cohibitio cuiuſque materiæ peccantis, ne progrediatur vlterius in morbum aliquem.

Quum dolores dentium, colli, aurium, vel humerorum irruperint, dicta radice ellebori nigri, purgandum erit, ad eundem modum præparata vt pro podagra vel epilepſia, & eadem doſi. Poſtmodum tinctura Martis vtendum, vt in hydropiſi. Huiuſmodi purgationes annuatim fieri poſſunt, nō iuxta numerum 365. dierum, ſed ab incremento vel interuallo paroxiſmorum.

Libello præparationis ellebori.

Conſeruationes, & præſeruationes per Elixira. in vitam longam.

Balſami Elixir.

℞. veri ac optimi balſami, nobis optimè

cognitii

cogniti ℔. j. Ponatur in vitrum coopertum alembico cæco, & vnà cum eo ℥. ij. quintæ eſſentię auri, his affundatur ℥. ß. eſſentiæ circulati maioris. Omnia ſimul digerantur in fimo per menſem & poſtea in cineribus, vno menſe, lento quidem igne, vt noctes atque dies vapores aſcendant atque deſcendant. Poſtmodum augeatur ignis, vt guttæ quædam adhæreant, ac decidant guttatim, duobus mẽſibus. Tandem in equino fimo, quatuor menſibus maneant, vt abſque intermiſſione habeant ſuã digeſtionẽ, & complętum erit Elixir Balſami. quod in ſpiritum vitæ hominis operatur, non ſecus, atque fermẽtum in paſtam & in corpus, tincturam viuam inſerit.

Salis Elixir corporis præſeruatiuum.

Accipe Sal optimè præparatum, albiſſ. & mundiſſ. Ponatur in pellicanum, cum aquæ ſoluẽtis tanta quantitate, quæ ſexies ſalis põdus ſuperet. Digerantur equino fimo ſimul vno menſe. Poſtea ſeparetur aqua ſoluens per deſtillationem & rurſum affundatur, & ſeparętur vt prius, idque toties donec ſal in oleũ conuertatur, adiungatur auri quintæ eſſentiæ pars octaua, ſimúlque digerantur in pellicano & in equino ventre per quatuor menſes. Poſtmodum circulentur per menſem. Deinceps addatur pars altera vini circulati, ac maneant in aſcenſione per menſem adhuc. Eo tempore peracto ſalis elixir adimpletũ erit, non minorum virtutum in conſeruãdo & præſeruando quam Elixir Balſami.

Dulcedinis Elixir.

℞. Troni quantum voles, ponatur in pellicanum, & exponatur ſoli ad digeſtionem duobus menſibus, melius tamen per æſtatem. Poſtmodum addatur eſſētiæ quintæ auri pars quarta, & ad hunc modum circulentur ſimul duobus menſibus. hoc ſerua.

Quintarum eſſentiarum Elixir.

℞. Quintæ eſſentiæ Chelidoniæ,
Quintæ eſſentię Meliſſæ ana ℥. ij.
Quintæ eſſentiæ Auri.
Quintæ eſſentiæ Mercurij. ana ℥. j. ß.
Quintæ eſſęntiæ croci,
Quintæ eſſentiæ mirabolanorum omnium ana ℥. j.

Omnia permixta ſimul ponātur in clauſum alembicum cæcum, & maneant in digeſtione ſolis, menſibus duobus. Poſtmodum adde,

Quintæ eſſentiæ vini.
Magiſterij eiuſdem ana ℥. ß.

Et iterum digerantur per menſem vt ſupra, ſeruato in theſaurum ad præſeruationem & reſtaurationem.

Subtilitatis Elixir.

℞. Olei oliuarum, Mellis,
Vini ardentis ana ℔. j.

Deſtilla ſimul iuxta Chemicū vſum, idq; ter, poſtmodum ſepara phlegma totum ab oleis, quæ coloribus diſtinguūtur. Colores omnes in pellicanum ponas, eis addens, quintæ eſſentiæ

Meliſſæ,

Meliſſæ, quintæ eſſentiæ Chelidoniæ tertiam partem, vno menſe digerantur. Tum demum habebitur elixir ſubtilitatis.

Elixir proprietatis

Proprietates Elixir.

♃. Myrrhæ, Aleo æpatici,
Croci ana quartam vnam ℔. partem,
Hæc ſimul in pellicanum & in arenam poſita mēſibus duobus aſcendant leuiſsimè. Separa tandem per alembicū, oleum à fecibus præter aduſtionem. Oleū hoc, vna cum circulato per menſem digeri permitte, pondere quidem æquali, poſtmodum ſerua Elixir, in quo virtutes omnes balſami naturalis exiſtunt.
Lib. archidoxorum, de Elixiribus.

Conſtrictiua virtus in omnibus.

♃. Limaturæ ferri ℔. ß.
Aquæ aluminis ℔. j. ß.
Aceti deſtillati ℔. ß.
Maneant in digeſtione per menſem, abluantur poſtmodum, & in crocum reuerberētur

Addi poſſunt.

Ad eius croci Martis ℥. j.
Myrræ ℥. ß.
Croci orientalis ℈ j.
Puluerizentur. Doſis eius eſt ℈. ij. iij. iiij.
Lib. præparationum, de ferro.

Contracturarum cura per balſama.

Balſamoleum primum.

Accipe terebinthinæ deſtillatæ ℔. ij.
Galbani deſtillati ℔. j.

Gummi elemi deſtillati, ℔.ß. Rurſum Deſtil-la ſimul,& inde fac balſamum à ſuis fecibus & phlegmate ſeparatum.

Aliud.

Sume terebintinæ, oleorum lauri, oliuarum,Iuniperi ana ℔. j. maſticis, myrrhæ,thuris ſingulorum ℔.ß. deſtillentur per ſe quæ ſunt eiuſdem qualitatis, olea, videlicet per ſe & alia per ſe,quæ mixta ſimul iterum deſtillētur ſemel,& vtere.

Aliud.

Sume adipis taxi, ſeui ceruini, adipis ranarum, ceræ ana .℔.j.maſticis .℔.ij. thuris.℔.ß. euforbij.℥.iij. Deſtilla vt ſupra.

Aliud

Accipe gummi oppoponacis.℔.j.
Galbani. ℔.ß.
Ammoniaci., ℥.iij.
Bdelij.℥.j.ß.

Simul permixta cola & per acetum, in oleū Deſtilla,deſtillato huic addes terebinthinę deſtillatæ ℔.iij. Olei philoſophorum. ℔.ß. Olei laurini deſtillati,maſticis, thuris ana.℔.j.

Deſtillentur omnia ſimul iterum in oleum Huic rurſum addito, Styracis liquidæ ℥. j. ß. Ranarum numero viginti, adipis taxi ℔.ß. Aceti deſtillati,vini ardentis ana ℥.j.ß.

Digerantur in ſole,vaſe vitreo per menſem Poſtmodum exprimantur, & ſeruentur.

Aliud

Aliud

Accipe lignorum Iuniperi, fraxini, Sabinæ, id eſt, tamaricis, fagini ana ℔.j. ex quibus arte communi per deſcenſum deſtilletur oleum & per pellicanum rectificetur.

Aliud.

Sumito ſeui ceruini ℔. iij. adipum Selium, vrſi ana ℔. j. taxi ℔.v. hirci ℔. ij. ex iſtis oleũ deſtilletur, & addantur ei ranarum viuentium ℔. vj. & iterum ſimul deſtillétur, ac deſtillato addantur Seui ceruini ℔. j. adipis taxi ℔.iij. Ceræ ℔. ß. aceti quantum ſufficit, & vnà cum præcedentibus fiat vnguentum, quo ad contracturas in primis diebus potiſſimum vtere. Poſtea quibuſuis ex antea poſitis balſamoleis membra contracta calidè ſunt perungenda, ſingulis diebus ter abſque aliqua intermiſſione Lib. de Contracturis tractatu.ij. cap vij.

Contracturarum per ſuffitum.

Sume olei oliuarum, olei Iuniperi ana ℥. v. maſticis ℔. ß. terebinthinæ ℥. iiij. ß. Salis petræ ℥. j. ß. Mixta in aheno cupreo, vel terreo vaſe forti, ſuccendantur in vaſe ligneo clauſo, in quod membrum contractum includatur, ſuperque vaporem teneatur per mediũ diem, accenſiones recentium materialium, ſemper quum defecerint, innouando.

Suffitus alia formula.

Accipe Taxi pinguedinis, olei oliuarum

adipis ranæ minimè viridis, calamites dictæ ana ℔.j.myrrhæ,maſticis,therebinti ana ℔.ß. Accende vt ſupra.

Lib. de Contracturis, tractatu ij.cap vj.

Corallatum vel Corallinum Mercurij.

Pręparatur Mercurius iuxta proceſſum eius ladani, & imbibitur aqua vitrioli rectificata, vt fieri ſolet in tartari ſpiritu. Tandem abſtrahitur tamdiu, vſque dum inſtar coralli rubeat: Doſis eſt granum j. cum Mitridatio vel Teriaca iuxta morbi exigentiam.

Vel Aliter.

Aqua ex ouorum albuminibus deſtillata congelatur, & tritum imbibitur alia aqua ex albuminibus, & corticum ouorum dimidia parte per deſtillationem tracta. Abſtrahitur, & affunditur toties, donec rubeum & coralinum colorem induat. vini ſpiritu poſtmodum omnino perfuſum, digeritur, vſque dum colorem exuat in dicto ſpiritu, qui ſeparatur ab eſſentia corallina. Doſis huius eſt guttarum iij, in vino generoſiſsimo potanderum ad podagram funditus euellendam atque venereum morbum extirpandum.

Cordis tremoris & pulſationis.

Cura per Saphiros.

♃. Saphirorum deſtillatorum ℥.iij.
Ambræ diſſolutæ ℥ j.ß.
Storacis,calamitæ. ℈.j.

Miſceantur

Miſceantur. Doſis eſt ℈. j & quandoque ℈.j.ß.

Lib. præparationum, de gemmis.

Coſſi cura.

Accipe ſucci Agrimoniæ ℥. j.
Porrorum ℥. ß.
Olei Anetini, ad pondus omnium.

Fiat mixtura, cui pannum intinges, & ſuper pones, exibit liquor, & ſanabitur æger.

Lib. de Apoſt. cap. xxxix.

Cupri Balſamum, aut oleum.

Hoc in vitriolum rurſus eſt conuertendum: iſtud in aquam, & colcothar eius in oleum rubeum. Ambo præſtantiſſima ſunt ad vlcera deſperatiſſima.

Chirurgiæ paruæ lib. ij. cap. vj.

Cutis affectæ Cura per Vnguentum.

℞. Serpentinæ vtriuſque ana numero 7.
Ariſtolochiæ acutæ.
Conſolidæ ponticæ ana ℔. ß.

Contundantur, & cum terebinthinæ lotæ ℔. j. ß. & olei ouorum ℥. iiij. fiat mixtura in forma vnguenti. Nihil excellentius.

Chirurgiæ magnæ Partis iiij. lib. x.

Diſcipuli Theophraſti Paracelſi, ſex tantùm per ipſum approbati, dum viueret.

Doctor Cornelius, Paracelſi Secretarius.
Doctor Petrus.
Doctor Andreas.
Doctor Vrſinus.
Licentiatus Pantgratius, &
Magiſter Raphael.
Cæteros vt Apoſtatas reprobat.
Chirurgiæ magnæ partis v. lib. ij. cap. xxij.

Dentium dolorum cura.

♃. herbæ perſicariæ, & corticum Iuſquiami, pro libito, coque in aceto roſaceo decocto dẽtes ablue, teneque in ore calidiſsimum vſque dum frigeſcat, iterum ſume calidum, idque ſæpius, et tolletur omnis dolor, quod herbæ reliquum erit à decoctione ſepeliatur humido loco, & aggrauetur ponderoſo lapide, vt putreſcat, vbi putruerit, mortificatus erit omnis dolor, vt etiam viſum ſit non amplius rediiſſe.

Libello præparationis perſicariæ

Dyarreheæ cura.

♃. Hœmatitis, Aluminis glaciei,
Croci martis ana.

Fiant inde trociſci cũ gummi arabico diſſoluto in aqua plãtaginis, ex herbis & radicibus per deſtillationem tractu. doſis eſt ʒ.j. ad ʒ.j.ß.

Addi

Addi poſſunt.

Ad huius hœmatitis præparati ℥. iij.
perlarum ℈.ß.
Mumiæ liquefactæ ad pondus omnium, fiat mixtura. Doſis eſt. ʒ.ij. ad ʒ. iij. vel iiij.
Lib. præparationum, De hœmatite.

cachimia

Dyarrheæ cura per Cachimiam.

℞. Cachimiæ præparatæ, vti pro dyſſenteriá quantum voles, & olei nucis muſcatę parum ad incorporandum, & reducatur ignis gradu ſecundo ad formam boli.

Addi poterit.

Ad eius Cachimiæ præparatę. ℥.j.
Teriacæ ℥.iij.
Formẽtur in paſtam. cuius Doſis per os eſt, à ʒ.j. in ij.ß. mane ſub meridiem & veſperam. Poſtea tribus inde diebus, de paſta hac non eſt ſumendum: quibus tranſactis, rurſus vno die ter vt ſupra detur. Proceſſum hunc in tertiã vſque vicem repetito.
Lib. de præparationibus, de cachimia.

Dyſſenteriæ cura per Cachimiam.

℞. Cachimiæ bene tritæ ℥.vj.
Ferruginis ferri ℥.ß.
Calcinentur ignis gradu ſecundo, ſeptem horarum ſpacio, poſtmodum reducãtur in ſuum alcali.

Addi poteſt.

Ad alcali huius ℥.ß. Columbæ aſſatæ, quod ſatis erit.

Lib.de præparationib.de anareaſita.

Dyſſenteriæ cura.

℞.hœmatitis. Corallorum rubeorum. Spodij ana ʒ.xo. Seminis tanaceti tantundem Fiant inde trociſci,cum muſcilagine viſci botin. Doſis eſt ℥.ß.

Addi poteſt.

Vinum in quo calybs candens extincta ſit & cum hœmatite præparato adminiſtrari vel cum optima teriaca.

Lib. præparationum, de hœmatite.

Ellebori Balſamus quem puto animam ab animato

℞.herbam & radicem Ellebori nigri,Contuſas in aquâ ſuâ propriâ fumi calore perquã optimè clauſa, ſigillatáque. Poſtea ſeparetur humidum eius à putrefacto,& iterum putrefactum ſeparetur à fecibus, in ſingulare corpus reſolutis.Tunc erit Balſamus cum duobus gradibus in humido,& cum vigintiduobus in putrefacto. Doſis putrefacti ſecundum gradus, humidi verò, ſecundum quantitatem conſide-

retur,

retur,in adminiſtratione,poſt primum proceſſum. Altius in eſſentiâ ſuâ poteſt aſcendere, ſi præmiſſum opus iterum fuerit, additione recentis herbæ.

Libello præparationis Ellebori.

Ellebori nigri Balſamus compoſitus.

♃. Balſami Ellebori nigri, ſuo loco deſcripti, ℥.j. naturalis & veri balſami ℈.j. Permiſceãtur ambo vt vnum quid fiant. Præſeruatiuum eſt remedium contra morbos omnes ab influxibus aereis prouenie̅tes, Peſte̅, Pleureſim, &c.

Libello præparationis Ellebori.

Ellebori potio ad medicinam vtiliſsima.

♃. Radicis Ellebori, in grandiuſcula fruſta conſciſſa ℥.ij. cum carnium quadrante ℔. etiã conſciſſarum, & aquæ nucis muſcatę ℥.j. macro piperis aquæ ℥.j. In vaſe clauſo optimè digerãtur aqua bulliente horis x. Quod humidũ eſt effunde, reſiduum abiice. Ius eiuſmodi pro neceſsitatis exigentia, perſonarumque reſpectu, eſt adminiſtrandum, non plus, nec minùs ęquo tamen.

Libello præparationis Ellebori.

Electuarium Iuniperinum.

Baccæ maturæ collectæ menſe Septembri, ſelectæque tundantur in mortario pultium inſtar vel paſtæ. Coquantur igne lento ſemper

agitando,

agitando, vſque dum videbitur ſatis, & per ſacculos lineos denſos exprimatur ſuccus earum ſub prælo. Succus coletur per pannum mundum, & igne lento rurſus excoquitur ad iuſtam ſpiſsitudinem. Coquendum inter, agitandus eſt aſsiduè ne ſapiat aduſtionem, néve efferueat. Poſtmodum aromaticis condimentis muniatur, aliàs perdurare nequit. Doſis eſt adultis, cocleari: Iunioribus verò medium, contra varios morbos, colicam, arenam, aeri peſtifero reſiſtit, nam præſeruatiuum eſt præſtantiſsimum.

ex archidoxorum lib. 3.

Elementorum ſeparationes, & primò ex Metallis.

Fiat aqua fortis, ex ſalis nitri, vitrioli, & aluminis partibus æqualibus.

Deſtillatum rurſus ad ſuas fęces affunde, iteratóque deſtillationem: iniectis argenti lamellis clarificato. Soluatur in ea ſal armoniacum. Per aquam hanc laminas metallorum iniectas ſolues, ſeparata per balneum Mariæ: rurſus deſtillatum affundes, & ſeparabis, idq; toties, donec in fundo reperias oleum: ex ſole ſpadiceũ: ex Luna azurinum: ex marte rubeum & obſcurum valde: ex Mercurio album: ex Saturno liuidum & plumbeum: ex Ioue flauum & ex Venere, viride prorſus.

Notato metalla prius eſſe præparanda: Mercurius ſublimandus, Saturnus calcinandus, Venus florificanda: ferrum crocificandum: Iupiter reuerberandus: Sol et luna facilè ſeſe dedunt.

Poſtquam

Poſtquam ad hunc modum in liquidam ſubſtantiam metalla fuerint adducta,& ad elementorum ſuorum diſtinctioné diſpoſita : quod in metallica natura, minimè fieri poteſt, vnaquæque res enim prius eſt ad eum vſum cui cõuenit præparanda. Ad olei metallini ſupra dicti, partem vnam, adde recentis aquę fortis partes duas,& ſimul optimo vitro clauſo recondita, ponas in fimum equinum per menſem. Poſtea deſtillabis igne lento prorſum, vt materia coaguletur in fundo,& aqua fortis aſcẽdat, quam per balneum deſtillabis. Ad hunc modum habentur elementa duo : ſed non ex omnibus æquali modo:nam ex auro , manente in balneo terra & aqua,ſed aer eſt in omnibus tribus his; elementum autem ignis, manet in fundo, quia ſubſtantia vel auri tangibilitas ex igne coagulata eſt , Ergo ſubſtantia conuenit in ſubſtantiali. Ex luna, manebit in fundo elementum aquę,& in balneo, elementa terræ & ignis. Nam ex humido & frigido ſumitur ſubſtantia , vel corporeitas lunæ (vt ita loquar) quæ quidem eſt fixę naturę, vt non poſsit eleuari. Ex Mercurio manet ignis in fundo , terra verò & aqua, ſurſum eleuantur. Ex Venere, manet etiã ignis in fundo,& ambo nempe terra & aqua, in balneo : ex Saturno , manet elementum terrę in fundo, ignis & aqua habentur in balneo:ex Ioue, manet aër in fundo, ignis, aqua,& terra eleuantur ab eo.

Notandum igitur aërem in Ioue corpus exhibere, at in nullo alio quouis metallo. Quamuis

uis aliqua pars aëris,etiam cum aliis elementis aſcendat,illis inſeparabili modo permixta, non eſt tamen corporalis aër, ſed concurrens & adhærens aliis inſeparabiliter.

Iam ad remanentia vel reſidentia veniamus. Elementum corporale,quod in fundo remanſit,per fortem aquam recentem,& balneum,in oleum reducatur, & perfectum erit hoc elementum:ſeruato ſeorſum.

Alia ſeparabis ad hunc modum & per balneum arenæ. Ea ponas in arenam,vrgens igne leui, primò quidem eleuabitur aqua, & poſtmodum ignis, qui colore dignoſcitur ab illa: vbi tamen iſta duo ſcilicet,ignis & aqua ſubſidiſſent.Si tamen elementa terræ & aquæ manſiſſent in fundo, primò ſurſum aſcendit aqua, poſteà verò terra.Si terra & ignis reſediſſent in fundo,primò terra,poſtmodum eleuatur ignis. At ſi aqua, ignis,& terra ſimul in fundo mãſiſſent,aqua primò ſurſum aſcendit,ignis poſtea, poſtremo verò terra. Hæc peculiaribus vitris ſeruanda ſunt quodlibet ſeorſum,in ſua natura,vt ex ſole calidum & ſiccum, ſine quauis alia proprietate,ſimiliter frigidum & humidum, frigidum & ſiccum, ſic de aliis intelligendum. Ignorandum non eſt corroſiuam aquæ fortis naturam extrahendam eſſe, prout libro de quinta eſſentia ponimus.

Elementorum ſeparationes ex marcaſitis.

Accipe marcaſitarum cuiuſuis ſpeciei, ſine talci,

talci, granati, kobleti vel alterius ℔.j. ſalis nitri tantundem, contunde minutum, adure ſimul, ac deduc per alembicum, extra cucurbitam, & quicquid aſcenderit, hoc ſerua. Quod in fundo reſidet, tritum aqua forti reſoluatur in aquam, cui prius ſegregatam aquam affundes, & in oleum deſtilla, vt de metallis audiuiſti, quorum proceſſu, horum, eodem ſeparabis elementa, vt ſit aurea marcaſita loco auri tractanda, necnon argentea argenti loco habenda: plumbea vt ſaturnus, cuprea vt venus: talcea vt Iupiter: mercurialis vt mercurius &c.

Proceſſus hic, ad omnis generis marcaſitas ſufficit.

Elementorum ſeparationes à lapidibus.

Accipe lapidem optimè tritum, cui bis tantum ſulphuris vini addes. Mixta ſimul omnia, in lebete lutato poſita & in athanore, vrgeantur quatuor horis, vt ſulphur totum abſumatur. Poſtea quod ſupereſt, abluatur à fecibus & à ſulphure. ſiccetur eiuſmodi calx lapidea, ſoluatur in aqua forti, & cum ea procedatur, vt antea de metallis diximus. Comparantur itaque lapides metallis, vt claræ gemmæ, quæ non ſunt albæ neque fuſcæ, comparanda ſunt auro. Sed albæ, cæruleæ glaucæque, Lunæ. Communiores verò lapides aliis metallis, vt Alabaſtrum Saturno, marmor ferro, ſilex Ioui, fragiles, non ſolidi & ſpongioſi Mercurio.

Elementorum

Elememtorum ſeparationes ab oleaginoſis.

Accipe olea, ligna, radices, ſemina, fructus & ſimilia, tuſa, trita, vel quocunq; modo comminuta, hæc inuoluta linteo, ligatáq; ponantur in fimum equinum, vt omnino putrefiant, quod vni quàm alteri citiùs contingit. Putrefactis & in cucurbitam poſitis, affundatur aquæ fortis communis, tantùm vt quatuor digitis latis ſuperemineat, & in arena deſtilletur omne quod aſcendere poterit. Aſcendent omnia elementa præter terram, quæ dignoſcuntur à ſuis coloribus: primo aſcendit ardens aqua, poſtmodum aer, deinceps aqua, tandem ignis, & in fundo remanet terra. Pura olea tamen non indigent putrefactionibus, ſed ſimpliciter deſtillatione tantùm, elementa ſua ſunt ſeparanda, à ſuis coloribus diſtinctis etiam cognoſcéda. Sic etiã de reſinis liquidæ ſubſtantiæ, vt ſunt pix, reſina terebintina, gummi, & ſimilia, faciendum. Sed reſinæ corporales, priùs erunt præparandæ, vt infra.

Elementorum ſeparationes ex reſinis corporalibus.

Accipe ſulphur minutiſsimè contuſum, hoc in ſui duplo olei lini cocatur, in hæpar, quod conteres, & incluſum veſicæ ponatur in fimum equinum ad putrefiendum quatuor ſeptimanis. Poſtea deſtilletur per alembicum lentè ſupra nudum ignem. Aſcendent primo omnium

aër

aer, & aqua diuerſis coloribus pallidis, Aucto poſtmodum igne, ſurſum aſcendet ignis: terra manente in fundo. Colores apparent puri, vt aer flauus; aqua ſpiſſa lactis inſtar, vt vix à lacte dignoſci queat, ignis vt rubinus ardens cum tranſparentia, & cum omnibus igneis demonſtrationibus; terra verò nigra prorſum & aduſta: quodlibet ſeparatum in propria ſua complexione, perfectum, & abſque permixtione

Elementorum ſeparationes ab herbis.

Accipe ſaluiam, aut aliam herbam, & eius folia conteras, tandem ad putrefiẽdum ponas in veſica recondita, & poſtea deſtillabis per ventrem equinum, aſcendet primò elemẽtum ignis tamdiu donec immutentur colores. Tãdem aquæ ſpiſſitudo ſuccedit, & poſtea terræ pars maxima, tamen eius aliqua pars in fundo remaneat fixa. Hanc aquam ita confuſam, in ſole deſtillato ſex diebus, & poſtea per balneũ aſcendet elementum aquæ primùm, quod paucum eſt, & guſtu percipitur. Poſtquam variatur color, aſcendit elementum ignis, donec etiam guſtus alteretur: tãdem pars terræ ſurſum eleuatur, valde pauca tamen, & pars altera terræ manet in fundo: Aer verò cæteris omnibus permiſcetur. Sic de reliquis herbis aereis & aquaticis, quarum aer tamen primus aſcendit, poſtmodum aqua, poſtremò terra. &c. vti in proceſſu de Saluia.

Elementorum ſeparationes à carneis.

In eis corporibus quæ ſanguine viuunt, vt animantia ſunt, elementum prædominans, vti copioſius, ita etiam optimum eſt, vt in piſcibus aqua; in vermibus ignis, & in comeſtibilibus carneis aer, &c.

A piſcibus.

Putrefacti optimè deſtillentur per ventrem equinum, & aquæ plurimùm aſcendet. Putrefactionem hanc atque deſtillationem iterato, vſque dum aqua nulla volet ampliùs aſcendere. Quod reliquum eſt, poſtea deſtilla per arenam, tum demum aſcendet ignis, in olei formâ, terra verò manet in fundo. Sic tota piſcium ſubſtantia ſeparatur in elementa. Sic de reliquis.

Elementorum ſeparationes ab vndoſis, ſuccoſis vel aqueis.

♃. Vrinam aut aliud excrementum, & per deſtillationem vrge, ſimul aſcendent, aqua, aer atque terra, verùm in fũdo manet ignis. Confunde poſtmodum ſimul omnia, deſtillaque rurſus, & quater ad eundem modum, & in quarta deſtillatione primò aſcendet aqua, demũ aer, & ignis, terra verò manebit in fundo. ♃. tandem aerem & ignem peculiari vaſe, & in locum frigidum colloca, congelabuntur pinnacidiola quædam, inſtar eorum quæ fiunt ex ſale petræ, & ſunt elementum ignis: quamuis inter deſtillandum etiam congelentur, at

in frigido

in frigido magis.

Bullire tandẽ fac aquam per ventrem equinum, & in fundo ſubſidet ipſa terra, ſed quod aſcenderit, putrefiat in ſuum tempus, & poſtea deſtilletur per balneum, & aſcendet aqua prius & poſtmodum ignis.

Stercora, vitriolum, tartarum, alumina, ſalia & id genus alia quæ ſuccoſa ſunt, per cinerem deſtillentur tãdiu donec aſcendere nolint amplius. Aſcendent aqua & aer, terra manebit in fundo, poſtea per ignem aſcendet ignis, & terra manebit in fundo. Notandũ hoc loco, licet elemẽta quatuor ſeparata ſint, in terra nihilominus manent adhuc, elemẽta quatuor occulta tanquam fixa, vt à vitriolo manet caput mortuum, hoc ſublimetur cum ſale armoniaco & in oleum reſoluetur, in quo ſunt aqua & ignis, & ipſa terra ſubſtãtialiter manet in fũdo. Separa quæ aſcenderunt elementa duo priora, aſcendetque rurſum aqua, & ignis manebit in fundo. Sic etiam de tartaro, ac de ſalibus intellige. Plures liquorum ſeparationes habentur quas de trãſmutationibus declarabimus. Notãdum etiam in corroſiuis, præ cæteris elemẽtis prædominari terram, quare per cineres & ſublimationẽ ſeparanda ſunt eorum elemẽta.

Elementorum ſeparationes a vitris & vitreis.

Vitra calcinanda ſunt vt lapides cum ſulphure, Poſtmodum aluenda, & per ſal petræ ac aquam fortẽ ſeparanda, vt de marcaſitis ſupra

diximus. Eorum elementa cognoſcuntur etiã à coloribus in deſtillatione, & non ab oculari apparentiâ. his paucis vitra concluſa volumus in ſeparatione.

Elementorum ſeparationes ex fixis.

Fixorum ſeparatio per ſublimationẽ vt antea de ſalibus & liquoribus docuimus, hoc diſcrimine tamen, quod fixa cum ſale nitro calcinanda ſunt, & poſtea ſublimanda.

Elementorum ſeparationes à quolibet elemento ſeparato rurſus.

Ab igne.

Sciendum ex elemẽto ignis ſeparato, rurſus elemẽta quatuor ſeparari poſſe, ad hũc modũ. Quum ignis vehementiſsimè incenſus ardebit, colligatur optimè clauſo receptaculo, poſtmodum in fimo equino per mẽſem teneatur. Inde fiet vt in vno elemento, quatuor iterũ elemẽta reperias. Deſtilla per balneum vaporarium & aſcẽdet aer, vt vapor in receptaculum decidẽs. Quod ſupereſt deſtilla per balneum & aſcendet aqua. Tandem reliquum deſtilla per cineres, & aſcendet ignis, terra manebit in fundo vaſis. Quæ ſimilium elementorum vires exiſtãt & quare hoc loco ad hunc modum ſint declarata, latius aliis libris exponemus.

Ab aere.

Aeris elementum optimo vitro concluſum Hermetis ſigillo obſerato, ſoli per integram æſtatem exponatur, ac digeratur, ad hunc mo-

dum circulando permutatur in aquoſitatem indies magis creſcentem, quam ſeparabis vt audies. Putrefiat in equino fimo ſeptimanis quatuor. Poſtea deſtillabis per balneum, & cineres, vt de igne dictum eſt. de ſuis viribus, alibi plura dicentur.

Ab aquâ ſeparatio.

Eam vitro penitus pleno, nec tantillùm vacui habente, per ſigillum Hermetis occluſo in arenâ calidiſsimâ teneatur per menſem, vt cotidianum calorem accipiat ac ſi bulliret, quod facere nequit ob vaſis repletionem. Hoc tempore tranſacto putrefiat quatuor ſeptimanis. Poſtmodum aperto vaſe, per alembicum triũ roſtrorum deſtilletur, hac via ſeparantur tria elementa, & terra manet in fundo.

A terrâ ſeparatio.

Terræ proceſſus vt in aquâ ſeruandus eſt, excepto ſolùm in deſtillatione, quæ ad eundẽ modum fieri debet vt de igne dictum, & eadem via conducenda.

Lib. archidoxorum de ſeparationibus elementorum.

Elephantiaſis Cura,

Triplex eſt eius Cura; prima, hæmorrhoidarum: ſecunda, menſtruorum prouocatio: tertia, liquorum exiccatio. Quærantur ſuis locis.

Lib. de Apoſt. Ca. xxx. v

Emplaſtrum optimum.

℞. Ceræ mellitæ ℔. j.

Viſci præparati.
Mummiæ ex cruribus ana. ℥.iij.ß.
Pulueris Parthenionis.
Chelidoniæ ana ℥. j.
Fiat emplaſtrum.

Aliud

℞. Ceræ mellitæ.
Terebinthinæ.
Viſci præparati ana.℔.j.
Olei lini. ℔. iij.
Litargyrii præparati.
Calaminaris præparati ana. ℔. j.
Coquantur in emplaſtrum.
Chirurgiæ Paruæ Lib.j. cap. iij.

Emplaſtrum ſticticum, qua ratione fit attractiuum.

attractiuæ res.

Stictico emplaſtro cuiuis adde quæcunque vires attractiuas habent, vt ſunt Aſphaltum,& carabe quæ ligna attrahunt, paleas & pannorum fragmenta: Magnes, ferrum: Stannum & Amethiſti coloratiores, attrahunt Cuprũ: Alabaſtrum attrahit plumbum & lapides: gummi, terebinthina, & Aſphaltum, & attrahunt carnium & oſsium fruſtula: Serpentina, eſt omnium attractiua. Hæc etſi peculiares attrahendi facultates habeant, ſimul iuncta nihilominus, vnguentis permixta, & vulneribus ſuperpoſita, cuncta ſimul attrahunt.

Chirurgiæ Paruæ lib.j.cap.v.

Emplaſtra cum vltramarinis.

Haud prætermittere volo ex vltramarinis etiam aliquot emplaſtrorum exempla ponere, licet minùs digna, quæ cum eis quę præſcripſi abſque vltramarinis prodeant, tamen vt comparatione per curarum experientiam facta, antiquorum error appareat.

Emplaſtrum.

℞. Olei oliuarum ℔. j.
Ceræ ℔. j. ß.
Litargyrij ℔. ij.
Coquantur in ceratum, & adde
Thuris.
Maſticis.
Myrrhæ ana ℥ ij. ß.
Commiſceantur, & adiice Minij ℥. iij. Malaxentur cum oleo anetino, vel ex verbaſto, vnà cum ℥. ß. camphuræ.

Aliud.

℞. Olei oliuarum ℔. j.
Maſticis.
Thuris.
Myrrhæ.
Oppopanacis.
Serapini.
Storacis.
Bdelij ana ℥. j.
Coquantur in formam. Poſtmodum.
℞. ceræ ℔. j.
Calaminaris præparati ℔. ß.

 Coquantur

Coquantur in ceratum, & malaxentur cum camphora vt ſupra.

Aliud abſque vltramarinis.

℞. Ceræ nouæ ℔.j.
Salis parthenionis.
Mummiæ medullinæ ana ℥.iij.

Liquefac igne, componéque.

Inſpice quæſo huius poſtremi ſinceritatem & ingredientium paucitatem, & confer cum præcedentium labyrintho, confuſionéque vltramarinorum receptorum à Galeniſtis (non ſine correctione mea) poſitorum, ſingulis ex vtraque parte quum vſus fueris iudicato.

· Chirurgiæ Paruæ lib.j.cap.iij.

Epilepſiæ, caduci morbi, & ſpecierum eius purgatio.

℞. Radices Ellebori nigri purpureos flores habentis, & recentis quantum voles, & in ardente vino maceratæ, deſtillentur igne lento primùm, poſtmodum aucto donec liquor omnis aſcenderit. Poſtea ſeparetur vinum ardens à ſubſtantiâ, per balneum igne leuiori, & in eo quod remanet, ſoluatur & addatur ſaccari candidi, quod ſat eſſe videbitur. Doſis eius ſunt grana tria, cum aquâ mulſâ, vel communi, in quâ hippogloſſum decoctum fuerit.

Epilepſiæ, morbi caduci & ſpecierum eius cura.

℞. Antimonij in alcool facti, quantum videbitur,

debitur, & reuerberetur in ſuos flores ignis gradu quarto, igne leui primum, tandem auĉto ſecundum artem. Doſis eſt in acceſſus principio morbi, granorum nouem, poſtea in exagitatione decem & oĉto, cum induſtriá tamen indantur aliquo perfuſa liquore. Poſtremò quidem à receſſu paroxiſmi poſt horam, vt prius grana nouem adminiſtranda. Si morbus adhuc redeat, in tertiam vicem, proceſſus hic eſt iterandus.

Aliud contra caducum, remedium.

℞. Liquoris auri ℈ j. Detur antè paroxiſmum vna hora, & à receſſu paroxiſmi tribus horis elapſis, adhibeatur medius ℈. idque ſexies repetendum erit antè & poſt paroxiſmi acceſsionem, & receſſum.

Epilepſiæ, caduci morbi cura.

℞. Sanguinis humani calentis adhuc ℥.v. vini ardentis ℥.j. Digerantur in cucurbita quadraginta diebus equino fimo, & poſtea balneo Mariæ deſtillentur, vt ſeparetur liquor albus inutilis ac virulentus, à flauo. Huius detur ℈.j. à nouilunij temporis exordio ſub primam acceſsionem.

Eiuſdem morbi cura alia.

℞. Cranium humanum recens & nunquam ſepultum conteratur minutè, & per retortum, deſtilletur igne mediocri, donec omni phle-

gmate priuatum ſit, hoc iterum ad ſuas fæces affundatur, & rurſum deſtilletur, idque tertio. Tum demum aucto ſenſim igne ad quartum gradũ vſque, oleum etiã effluet, à quo flegma per balneum eſt ſeparãdum, vitro ſeruandum. Doſis eſt pondus granorum iij. quibus tollitur caducus morbus.

Animalia bruta nonnulla, virtutes etiam habent, ad morbum hunc pellendum, vt ſunt apes, alcis, vultur, &c.

Epilepſiæ, caduci morbi cura.

℞. Radicem recentem Ellebori nigri, & ab ea per vini ſpiritum humiditas tota, & oleum extrahatur. Deinceps ſpiritus ille ſeparetur, vt radicis eſſentia ſola maneat abſque mixtura, optimè dulcificetur, &c. Multò melior erit, ſi addantur, viſcus quercinus, pyretrum, & pœoniæ ſemen, in extractione. Doſis eſt pro diſcretione. Notandum eſt medicamina per Elleborum facta, non ita repentè agere, vt alia, ſed ſucceſsiuè, eoque firmiùs curare.

Libello preparationis Ellebori.

Epilepſiæ, caduci morbi & ſpecierum eius cura.

℞. Radicem Ellebori, quàm euulſeris luna deficiente, ſub ſigno libre, & planeta Veneris, Borealis venti flatibus ad vmbram exiccari ſinito, pulueretur minutiſsimè. Doſis eius eſt ʒ.ij.

Diebus

Diebus tribus ſucceſſiuis antequã paroxiſmi dies adueniat, quod à ſignis cognoſci poteſt vt de podagra ſcribitur. Antiqui ſæpius hoc repetito proceſſu purgationis curarunt. Ego verò Paracelſus, à purgationibus ad curam progreſſus ſum, per eſſentiam arcani ſpiritus vitrioli, quam ſuo loco, & formulam eius parandæ reperies.

Libello præparationis Ellebori.

Eryſipelæ cura communis

Gluten aquaticum.

♃. Glutinis aquatici. ℥. iij. Deſtilletur in aquam, cui fimum iniicito mineralium, & fiat decoctio per horam j. aut amplius, donec in pultes vtcunque ſpiſſas euadant ambo. his addito camphuræ. ℥. j. ß. fiat vnguentum, quo tybiæ ligentur ſingulis ternis diebus ſemel: ſpacio trium ſeptimanarum. Poſtmodum abluatur vlcus, decoctione foliorum quercûs, vel aquâ ſalſâ, mundum ſeruato, & ſanabitur non ſecus ac ſi vnguentum ſuperponeretur. Iſtius medicamenti conditio talis, vt non ante ſeptimanas tres operetur.

Chirurgiæ Paruæ lib. ij. cap. vij.

Eſſerorum cura.

Accipe Olei ex Iuniperis ℔. ß.
Olei amygdalarum dulcium ℔. j.
Olei de coſte ℥. viij.

Fiat mixtura, Notandum oleum de coſte, id eſt,

eſt, de fraxino fieri per deſcenſum, Oleum de Iuniperis non, ſed per aſcenſum cum vehiculo aquæ, vt ſcis, Amygdalinum verò per expreſſionem,&c.

Aliud vnguentum.

Sume Olei de ſpica ℥.ß.
Olei quercini ℔.iij.
Axungiæ cati ℔.j.

Commiſceantur,& hoc vngantur membra, & præſeruabuntur á ſpiritibus morbum hunc generantibus, vnctuoſitas enim hæc non ſinit eiuſmodi ſpiritus penetrare.

Lib.de Apoſt.cap.xlvij.

Exiccatiua virtus in omnibus.

♃. Limaturæ ferri ℔.ij.
Aquæ vitrioli ℔.ß.

Macerentur per menſem, poſtmodum reuerberentur in duplum.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati ℥. iij.
Balauſtiarum ℥.j.
Succi de acatiis,ad pondus omnium.

Fiat electuarium.

Lib.præparationum,de ferro.

Exituræ cura.

Iſtius omnis cura conſiſtit in excrementorum,ab omnibus emunctoriis extractione.

Extractionis

Extractionis per nares forma.

℞. Lolij. Seminis nigellæ.
Ellebori ana ℈.j.
Maioranæ.
Saluiæ ana ʒ.ß.
Moſci grana ij.
Fiat ſternutatorium, quod ſingulis diebus manè per naſum attrahatur, parum per vicem.

Extractio per aures.

℞. Diagridij ℈.j.
Bdelij ʒ. ß
Ceræ ℈.j.ß.
Fiat emplaſtrum, quod imponatur auribus in formâ pinnacidij, quum ſpumã aut aquam exudarint, benè erit.

Per vrinam.

Accipe croci orientalis ʒ.ß.
Pilorum Zenij ℥.ß.
Cantharidum numero v.
Fiat mixtura, pro ſacculo ſub canali, ſubtúſque veſicam, vrinam prouocabit, per vnum aut alterum diem, donec in ea ſanies apparere ceſſet. Zein ſunt folliculi circũ leporũ caudas.

Per aluum aut inteſtina.

Accipe mellis quantum ſufficit..
Diagridij ℈.j.
Hermodactylorum.
Turpeti, ana ʒ.j.

Fiat

Fiãt ſuppoſitoria ſecundum artem, ſine ſale; verum in conſtipatione, poteris eo vti.

Per ſudorem.

Accipe Teriacæ ʒ.ij.
Alcoolis vini ℥.ij.
Euforbij grana vij.

Fiat hauſtus antè ingreſſum balnei, ſudet, ac poſtmodum calidè contectus lecto decumbat ſudétque, id ter vel quater, totiéſque repetendum donec fœtor abeat.

Lib. de Apoſt. cap. lviij.

Febrium cura.

℞. Iacinthorum præparatorum ℈.j.
Gummi, ladani ℈. j. ß.

Commiſceantur ac deſtillentur. Doſis eſt guttarum 4. aut 5. ad præſeruationem ſingulis annis bis, & in omnibus coniunctionibus ſolis cum luna.

Lib. præparationum, de gemmis.

Febrium & morborum acutorum cura.

℞. Foliorum auri, liquefactorum ex aqua mellis ℥. ij. Alcool correcti tantundem.

Separetur aqua mellis. Doſis eſt à ʒ. ß. in ℈. j.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ℈. iiij.
Succi centaureæ.
Salis nitri ana ℥. ij.
Doſis eſt ℈. ß. vſque ad ℈. j. ß.

Lib. præparationum, de Auro.

Ferri

Ferri Balſamum aut oleum ad vlcera.

Cum aceto deſtillato reuerberetur crocum à quo poſtmodum eleuetur ſal armoniacum octies aut nouies, indè poſt oleum redigatur optimè dulcificatum, vtere ter qualibet ſeptimanâ vlceribus imponendo, vt auri Balſamo.

Chirurgiæ Paruæ lib ij.cap.vij.

Ficuum aut verrucarum cura corroſiuum dulce.

℞. Olei laterini. ℥.j.
Olei de Iuniperis. ℥. ß.
Olei ex myrrha ℥. ij. Miſceantur &c.

Aliud.

℞. Olei laterini. ℥. j.
Aquæ aluminoſæ. ℥. ß.
Viriditatis ſalis ad pondus omnium fiat mixtura.

Cura de ſtercoribus.

℞. patientis deiectumſtercus, & miſce cum oleo de vitellis ouorum; pręmat patiens, vt exeant verrucæ, ficuſque, quib. medicina ſuper ponatur.

Lib. de Apoſt. cap.xxj.

Fiſtulæ cura.

Potio.

℞. Aquarum Ciclaminis.
De foliis ſerpentinæ

Sophiæ

Sophiæ ana ℥. iiij.

Fiat mixtura ad hauſtum. Doſis ℥.iiij.manè & ſerò in finem vſque.

Alia

℞. Aquarum de cornubus Cerui.℔.j.
Centaureæ.
Conſolidæ aureæ.
Parthenionis ana ℥. iij.

Quibus impone.

Reubarbari.
Mannæ electæ
Spermatis Ceti ana. ℥.j.

Redigantur in potionem, de qua bibatur manè coclear j. ſingulis diebus, & poſtea ſtatim coclearia tria vini.

Emplaſtrum.

℞. de quatuor gummis. ℥. ij.
Ceræ. ℥. vj.

Liquefiant ſimul,& adde viſci de botin.℥.iij. fiat vnguentum.

Aqua lotionis.

℞. Anodi ℥. ij.
Chriſtallini præparati in lapillos. ʒ. ij
Aquarũ plantaginis, & ciclaminis..℥.x.
Lib. de Apoſt cap. vj.

Fiſtularum cura.

℞. Aquarum de cornubus cerui: ℔. ij.
Centaureæ.
Conſolidæ aureæ ana. ℥. iij.
Parthenionis. ℥. iiij. ß.

His impone.

Reubarbari

Reubarbari.
Mannæ electæ.
Spermatis ceti ana ℥. j.

Iſtius aquæ ſingulis vicibus commotæ & agitatæ, manè & veſperi bibatur coclear vnũ & mox inde vini coclearia. iij. Potiunculis iſtis mundificatur internè fiſtula, & ſanatur per ſe, abſque alio medicamento extrinſecus applicato. Si tamen applicare velis, emplaſtrum hoc eſto.

Emplaſtrum ad fiſtulas.

℞. ex Gummi quatuor. ℥. ij.
Ceræ ℔. j.

Coquãtur ſimul, adiectis viſci de botin. ℥. iij. fiat emplaſtrum.

Chirurgiæ Paruæ lib. ii. cap. vij.

Fiſtularum cura.

℞. Auripigmenti. ℥. j.
Tartari calcinati ℥. iij.

Stratificata reducantur in quartum gradũ ignis 24. horis, ad hunc modum fluit ipſa materia, quæ poſtmodum exempta, conteratur & coquatur in aqua, & decidet in fundum puluis albus, qui eſt auripigmentum præparatũ. Hoc vitro reconditum, vel ſuper marmor poſitum loco humido, conuertitur in oleum, fiſtulis per ſiringam immittẽdum, vel fila hoc oleo madida, vel puluis inſpergendus.

Addi poſſunt

Ad eius præparati auripigmenti. ʒ ß.

Reſinæ pini. ℥. j

Ceræ tantum vt reliquorum,

Fiat inde cerotum, quod fiſtulis applicetur.

Lib. præparationum, de auripigméto.

Fiſtularum, Scintillarum, & Scrophularum cura.

℞. Salis anatron. ʒ. vj.

Cinerum fabarum. ℥. iij.

Reuerberentur in quarto gradu ignis horis duodecim, & extrahatur alcali: verum quod anathron ſecum gerat mercurium volatilem correctione hac opus habet.

Correctio per additionem.

Eius præparati ſumantur. ℥. ij.

Butyri crudi. ℥. iiij.

Pinguedinis murmentorum. ℥. iij.

Fiat vnguentum, &c.

Lib. præparationum, de ſale anathron.

Fiſtularum curam quære, lib. de præparationib. tractatu. j. de litargyrio ad cancrum.

Formicæ Curæ, per vnguentum Aſtarzof.

Accipe litargyrij abluti. ℥. j.

Spernioli. ℥. j. ß.

Liquoris barbæ Iouis.

Succi nenupharis ana. ℥. iij.

Fiat cere

Fiat ceratum ſine cera, illitum panno, & ſuperpoſitum vna nocte, infrigidet, vt non redeat amplius.

Alia formula.

Sume aquæ roſarum. ℥. ij.
Reſolutæ Caphuræ. ʒ. j. cõmiſceantur.
Lib. de Apoſt. cap. xxxviij.

Fuliginoſi apoſtematis cura.

Huius cura tripartita eſt, per maturationem, mundificationem, & conſolidationem. aperiri non debent inſtrumentis ſed per ſe hęc & ſimilia apoſtemata, ſolum maturatiuis adhibitis.

Maturatiuum.

Accipe Olei laterini. ℥. j.
Oppopanaci colati. ℥. ß.

Fiat emplaſtrum ſuper prunas: Oppopanacum per acetum colatur, deinceps fit maſſa, & induratur.

Mundificatiuum.

℞. Mellis prunellæ ana. ℥. j.
Ariſtolochiæ rotundæ
Aloe epatici ana. ʒ. j.

Fiat mixtura in modum emplaſtri, quo vtẽdum poſtquam apoſtema fuerit apertum.

Conſolidatiuum.

Accipe vitellorum ouorum numero iiij.
Reſinæ de botin. ℥. iij.
Farinæ tritici.
Ordei ana quod ſatis pro incorporatione, fingatur vnguentum.

Lib. de Apoſt. cap. l.

Furfurum, Saphatorum, Squamarum & Scabierum, cura.

℞. Liquoris reſinæ terræ. ℥. j.
Olei Mercurij Saturni. ℥. j.
Fiat mixtura, qua ſemel aut bis vngantur.

Vlcerum malignorum puſtuloſorum cura.

℞. Liquoris parthenionis. ℥. vj.
Spermiolæ. ℥. ij.
Miſceātur & affecto loco ſuperponātur per xij. horas. iſtis completis, aliis xij. horis. ſuper ligato Realgar fuſcū, vnà cū mercurio martis hæmatino, ſic alternis vicibus pergito vſque ad tertium diem. Poſtea curabis emplaſtro Oppodeltoch, ad concluſionem vlcerum depaſcentium, &c.

Chir. mag. par. iiij. lib. ix. cap. iij. & iiij.

Gangrenæ cura.

Eodem vtere medicamento, quod ad Tétiginem prauam, & vlcera depaſcentia; excepto quod eiuſcemodi curatiuis emplaſtris, & ſticticis addas ad iſtorum ℔. j. Scamoneæ. ℥. ß. cui particularis cura contra corroſiones vlcerum ineſt.

Chirurgiæ Paruę lib. ij. cap. vij.

Gelu

Gelu membrorum, cura.

℞. Piperis longi.
Cardamomi.
Granorum paradyſi ana. ʒ. j.
Euphorbii. ℥ij.
Maſticis. ʒ. j ß.

Pulverentur in mortario, & affundantur menſurę ij. vrinę puerorum, aut cholerici cuiuſpiam hominis; coquantur ad abſumptioné octauę partis. Colentur per pannum: eo quod ſupererit, gelatum membrum vngatur ſingulis diebus ter. Separabitur à vino quod mortuum eſt, viuũ autem curetur vulnerariis vnguentis. verum poſtquam hoc vnguento membrum ſanum ad ignem vnctum fuerit, eo die pręſeruabitur à gelu.

Similiter papyro dupla vel tripla madida, membro circumuoluta, conſeruatur á gelu membrum, ſuperpoſito linteo, aerem enim & ventum penetrare non ſinit.

Si gelu penetrauerit ad interiora, vt mors immineat, detur aqua vitę mixta caphura & theriaca modica, in potum, poſt quam ſudor imperetur. Melius fuerit vinum generoſũ cum zinzibere, & calamo aromatico coctum. Item aqua vitę cum ſpeciebus aromaticis & maximè croco: quę ſingula pota, pręſeruant à gelu, rigidos montes pretereuntes. Immoderatum gelu mors incauta nonnumquam ſequitur aut lepra, vel ad minimũ ſcabies &c.

Chirurgi.mag. Partis j.lib.iij. cap.xij.

Glandularum, & Naptæ cura.

Aluminis plumoſi filo, in oleo de gilla madefacto tollenda eſt: poſtmoduſn vngendo & excorticando, venulę per gillam conſolidentur.
Lib. de Apoſt. cap. xij.

Guttæ roſaceæ cura.

℞. Citrinulę. Scabioſæ, Rebonę, ana. deſtilla in aquã &c. Cura dicitur ex tincturis.

Alia cura.

℞. Albuminum ouorum coctorum numero x.
Calcis ouorum. ℥. vj.
Deſtilla in aquam, & adde.
Foliorum argenti
Stanni.
Plumbi.
Veneris ana. ℥. j.
Foliorum auri.
Marcaſite argenteę.
Aureę.
Chimoleę ana. ℥. ij.
Fiat digeſtio ad menſem atque deſtillatio.
Lib. de apoſt. cap. x.

Herpetæ mordacis æſtiomeni Lupi. cura.

Mucilaginoſum remedium

℞. Liquoris de mumiâ.

De maſtice

De maſtice.
De camphora ana.℥.ß.
Mucilaginis de fœnugreco.
De pſillio.
De Citoniis ana quantùm ſufficit pro incor poratione.
Vſus eſt vt emplaſtri oppodeltoch.

Refrigerium

Fit ex ſperniolo anodino, per quinquè, aut ſex dies, poſt quos Mummiam addes.

Alia cura.

℞. Realgaris criſtallini. ℥. j.
Olei ardentis. ℥. ij.
Ceruſſæ ʒ. ij.

Fiat vnguentum, circumponatur ad circũferentiam lupi, & non intret. Renouetur ſingulis duodenis horis ſemel, vſque ad ſextum vel octauum diem. Depone, & permitte. Circulus ille totus auferetur per ſe. Lauetur poſtmodum aqua hac manè & veſperi.& ſuperponatur infraſcriptum emplaſtrum ex arte.

Aqua lauamenti.

℞. Aquarum glutinis.
Roſarum ana.℥. vj.
Parthenionis. ℥. v. &c.

Emplaſtrum.

℞. Olei lini. ℔. ß.
Aeris viridis.
Ceræ ana. ℥.iij.

Fiat ceratũ, & addantur Bdelij colati. ℥. ij.
Lib. de Apoſt cap. vij.

Herpetarum, Tumorum, vlcerum, paralyſis, & puſtularum, ex morbo venereo per menſium ſuppreſſionem vel inordinatum fluxum cura.

℞. Spodij. ℥. iij. Mercurij luna. ℥. ß.
Mixta ſimul in vino exhibenda.
Chir. mag. Par. iiij. lib. ix. cap. vij.

Herniæ carnoſæ cura.

Duplici ratione curatur, per inſtrumenta vt ſcriptum eſt de vlceribus, & per medicamẽta vt ſequitur.

Curæ formula.

Accipe Olei laterini. ℥. vij.
Oppopanaci, Galbani.
Bdelij ana. ʒ. iij.
Reduc ad formam liquidam, additis quæ ſequuntur.
Farinæ fabarum. ʒ. iij.
Ficuum numero. iiij. Caphuræ.
Ruthæ ana. ʒ. j.
Fiat emplaſtrum: hoc maturat, reſoluit, putrefacit, & creſcere prohibet, ſedatque dolorẽ.
Lib. de Apoſt. cap. lv.

Herniæ aquoſæ cura.

Accipe ficuum. ℔. j.
Olei granorum Iuniperi. ℥. iiij.
Farinæ Fabarum. ℥. vj.
Fiat cataplaſma ſuper ignem, & calidum ſuperponatur, manè, ſub meridiem, & veſperam.

Farinæ

Aliud remedium.

Accipe Farinæ fabarum. ℔. j.
Seminum pſyllij. Citoniorũ, ana. ℥. j.
Conſolidæ maioris. ℥. iiij.
Vini & aceti quantum ſat eſt, ad emplaſtrum fingendum.
Lib. de Apoſt. cap. liij.

Herniæ ventoſæ cura.

Accipe ficuum. ℔. j.
Olei ex baccis Iuniperi. ℥. iiij.
Farinæ fabarum. ℥. vj.
Reſoluatur materia vti de hernia aquoſa.

Alia cura.

Accipe olei amygdalarum dulcium. ℥. ij.
Farinæ fabarum. ℥. ß. Fimi columbini.
Fimi caprarum ana. ℥. iij.
Aceti quantũ ſufficit, Fiat cataplaſma, quod ſuperponatur manè, ſub meridiem & veſperi.

Alia deſcriptio.

Accipe viſci abietis. ℥. vj. Mumiæ ℥. v.
Foliorum ebuli. ℥. j. cõmiſceantur.

Alia formula

℞. Terebinthinæ. ℔. ß.
Cumini ℥. iiij.
Seminum lactucæ. ʒ. vj.
Ceræ quantũ ſatis. Reduc in emplaſtrũ.
Lib. de Apoſt. cap. liiij.

Hereſypele cura.

Per allahol curandum ne concurrant alia ſalia. poſtea mortificãdum ſpermiolo: poſtremò per Oppodeltoch conſolidandum.

Allabol deſcriptio.

℞. Salis anathron. ℥. j.
Anodi. ℥. ß. reduc ad formã cum oleo de ſpica.

Sperniolum.

℞. de ſpermatis ceti.
Ranarum.
Cerefolij.
Iuniperi ana, & fiat deſtillatio in ſole.

Alia deſcriptio

℞. glutinis aquatici. ℥. iij.
Deſtilletur in aquam cui fimus mineralium imponatur, & bulliant ſimul per horã aut donec in formam pultis reducantur: adde:
Camphoræ. ℥. j.
Fiat vnguentum, quo ligetur crus, terno quoque per ſemel, per ſeptimanas tres continuando.
Lib. de Apoſt: cap. v

Hæmorrhoidarum cura.

℞. Marcaſitæ vnciam. j.
Alcool vini optimè exiccati ℔. j.
miſceto.

Addi poteſt.

Ad huius præparatæ marcaſitæ. ℥ iij.
Salis gemmæ, mummiæ ana. ℥. j.
Fiat inde puluis minutiſſimus, qui ſuper hemorrhoidas ſpargatur, antequã intumuerint.
Lib. de præparationibus de marcaſita.

Hydrophorbiæ cura.

Hydrophorbia

Hydrophorbia, eſt apoſtema ſeparatum, à ſale trium primorum, eſtque lepræ indiciorũ vnum, ſal rubeum narcoticum, vtcunque leproſum.

Cura duplex; vna fit per liquorem horizõtis, quo natura corroboranda eſt: altera per aquam ſequentem.

℞. Aquę regis. ℥. j.
Olei de realgare. ℥ ß.
Olei Euphorbij, quantum ſufficit pro incorporatione.

Chirurgię Paruę lib. iij. cap. iij.

Hydrophorbiæ, aut Lepræ cura.

Liquore orizontis corroboretur natura, intrinſecus, bullarum liquor exiccetur.

℞. Aquę regis. ℥.j
Olei de realgare. ℥ ß.
Olei Euphorbii, quantum ſatis ad incorporandum.

Lib. de Apoſt: cap. xiij.

Hydropiſis cura.

℞. Radicis ellebori nigri pręparatę vt pro podagra leges. ʒ. ij. pro doſi qualibet, ea purgetur patiens ſępius, at intermiſſis vicibus. Quo peracto progrediendum erit ad completam curam, quę conſiſtit in tinctura martis, de qua ſuo loco audies.

Libello præparationis ellebori.

Hydropiſis deſperatæ

Recipe

℞. maximi pręparati mercurij granum.j.ß.
Quintę eſſentię ex alandahal grana.iij.
Saccari roſacei. ʒ. ij.
Croci grana. iij.

Commiſceantur & fiat bolus qui ter vel quater adhibeatur, vel tam ſępè, donec tumor abeat. Poſtmodum adminiſtretur hęc potio manè veſperique, donec pallidus color in viuum tranſmutetur.

Hydropiſis & ictericiæ cura

℞. Salis gemmę.
Succi titimalli, id eſt Eſulę minoris ana. ℥.j.
Gummi ex ceraſis, ad pondus omniũ.

Fiat bolus, qui reuerberari ſinatur ignis tertio gradu per duas horas, & extrahatur alcali. Doſis eſt à granis octo ad xij.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ſalis ℈. ß.
Reboli, id eſt veræ mumiæ.
Liquoris centaureæ ana. ℈ iiij.

Miſceantur. Doſis eſt à granis iiij. vſque ad xij. in ouo ſumpta.

Morborum aliorum cura per idem ſal alio modo pręparatum, vt infra.

Eius præparati ſalis. ʒ. j. Succi catapotiæ ℥.ij. Farinæ tritici ad pódus omniũ. Fiat inde panis optimè coctus de quo detur. ʒ.j. in. ʒ.ij.
Lib. præparationum, de ſale gemmę.

Ictericiæ

Ictericiæ cura.

℞. Stanni calcinati. ℔. j.
Salis. ℥. j.
Cinerum fabarum. ℔. ß.
Reduc per ignem ad formam litargyrij.
Huius accipe ℥. x.
Alcoolis vini. ℔. ß.
Ex diſſoluto fac alcali.
Doſis eſt à granis vj, in xj.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati. ℈. iij.
Aliptæ moſcatæ. ℈. j.
Bdelij. ℈. ij.
Doſis eſt. ℈. j. in ij. ß.
Lib. præparationum de ſtanno.

Ictericiæ cura, per lithargyriũ.

℞. Litargirij. ℥. iiij. Myrrhæ,
Thuris ana. ℥. j.
Aceti perfectiſſimi. ℔. ß.
Fiat ex iſtis decoctio.

Addi poteſt,

Ad huius lithargyrij. ℥. ß.
Aluminis rupei. ℥. ij.
Aqua ſalis. ℥. ß.
Lib. de præparationib. de lithargirio.

Ignis

Ignis perſici cura.

Carnium ambuſtarum à bonis ablatio, per emplaſtrum.

℞. Colophoniæ. ℔. iij.
Liquorum Myrrhæ. ℥. vj
Quatuor gummi. ℔. ß.

Fiat emplaſtrum, & ſuperponatur loco in quo viuum & aduſtum ſeſe contingunt, mox ceſſabit incendium, & viuum ab aduſto ſeparabitur.

Carnium recentium cura.

℞. Aquæ ſalis ex raphano ℥. j.
Ex culicula. iij.
Succi plantaginis digeſti. ℥. viij.

His permixtis manè & veſperi ligato.

Aliud remedium; ad idem.

℞. Succi chelidoniæ.
Aquæ aluminis rupei.
Aqua aluminis iameni ana. ℥. j. ß.
Nitri reſoluti ℈. ij.

Commiſce, & vt præſcripto vtere.

Ceratum ad eundem effectum.

℞. Olei de frumento
Olei de ouis ana. ʒ. ij.
Olei de glandibus. ℥. v.
Ceræ.
Picis cõmunis ana ad pondus omnium

In Ceratum compone, & vtere iuxta cõmunem vſum.

Vſtionum

Vſtionum extinctiones.

Vſtiones à nitro factæ per vitriolum purgatum & reſolutum extinguntur. æthinæ, per nauale bitumen & reſolutam caphuram, æquis ponderibus ex ligno accenſo, per myrrham, atque thus.

Ex ſulphure & reſinis, per lac virginis à ſulphure tractum.

Pannis madidis eiuſcemodi liquoribus ligentur nec locus ſiccus permittatur, at ſemper madeat.

Æſtiomeni cura.

♃. Salis metallorum. ℈. ij.
Aquę de bitumine veris. ℥. vj.

Permixtis atque digeſtis diebus quatuor, lauentur vlcera terno, quaterno vel quino quoque die, tamdiu donec amoueatur omnis dolor. Tum demum vnguento quod ſequitur vtendum erit

♃. Cinerum ex Saturno. ℔. ß.
Olei albi oliuarum. ℔. vj.
Litargyrij præparati in viſcum. ℥. ix.

Fiat mixtura per medium diem, ſuper cineres calidos, qua manè & veſperi ligato.

Alia ſalium ab vlceribus extractio.

♃. Salis vrinæ. ℥. iij.
Salis metallorum à ſaturno. ʒ. v.

Digerantur ſimul in aceto deſtillato, vſque dum fiat ex eis fermentum elixiris inſtar. Hoc miſceto cũ decima ſexta ſui parte caphuræ liquefactæ,

quefactæ, & vtere vt ſupra. Cura fiat per oppodeltoch, aut emplaſtrum quod infra de fiſtulis ponitur.

Fiſtularum cura.

℞. Olei de ferro.
Olei de ſaturno ana. ʒ j.
Olei mercurialis. ℈. j. ß.

His permixtis omnibus, fiſtulæ circulũ iunge manè & veſperi diebus nouem, & curabitur.

Fiſtularum emplaſtrum.

℞. Ceræ
Colophoniæ ana. ℥, iij.
Gummi maiorum omnium ana. ℥. j.
Reſinarum quatuor ana. ℥. ß.

Fiat inde ceratum cum oleo lauri, & cum terebinthina, Temperetur in paſtam non vſ-duram.

Fiſtularum cura per potionem

℞. Aquæ foliorum corni
Aquæ foliorum tinearum ana. ℔. ß.
Aquæ Sophiæ. ℥. iij.

Permixtæ propinentur ægris cum tãto vino
Chirurgię magnæ Partis. iij. Lib. vij. cap. 4.

Ignis perſici vel prunæ cura.

Eius cura duplex, vna quidem antequam morbus ortum habeat: altera, poſtquam in multam ętatem abierit.

Prior cura.

℞. Spermatis ranarum. ℔. ß.
Caphure. ℥. iij.

Oppopanaci

Myrræ. Thuris ana. ℥.j.

Rectificentur ad ſolem digerendo in vitro Hoc liquore madidos pannos ſuperpone dolenti parti, & vbi aruerint, iterum imbuti ſuper ponantur, idque dum mitigetur omnis dolor.

Poſterior cura.

℞. Terebinthinę induratæ. ℔.ij.
Oppopanaci. ℔. ß.
Colcotharis. ℥. iij.

Reducantur in emplaſtrum: cui poterit addi mel deſpumatum calens, & attenuatũ, vt in eo liquore panni valeant intingi, ſuperponique ſecto membro.

Terebinthinam ſic indurabis

Coquito in olla igne lento, bacillo intincto & extracto, vide num induruerit, quod ſi fiat, amoueatur ab igne. formam habebit vitri. Teratur, & in duabus menſuris aceti puluis hic, vnà cum oppopanaci lentè coctus, liqueſcat, coletur poſtea per pannum, & coquatur ad euaporationem aceti, & eius inſpiſſationem; tandem colcothar & terebinthina iniiciantur. Calente adhuc materia fiant maſſæ quædam oblongæ: nam ex frigore dureſcit in modum vitri. Quum vti volueris, in mel deſpumatum iniectum, & leuiter excalefactum, liqueſcat, hoc membro ſecto ſuperligetur.

Lib. de Apoſt cap. xxxij.

Ignis perſici cura per lithargyrium præparatum.

℞. litargyrii. ℔. j.

Realgaris rubei. ℥. ij.
Salis armoniaci. ℥. ß.

Commixta ſimul duodecies cohibendo, id eſt, ſemper deſtillatum ad ſuas fæces iterum atque iterum affundendo.

Addi poteſt.

Ad litargyrij ad hunc modum præparati pondus, æquandum eſt eorum pondus quæ ſequuntur infra.

Vitrioli correcti. ℥. iiij.
Gallarum. ʒ. ß.
Thuris. ℥. j.
Aceti & vini, quod ſatis ſit.

Hoc vtendum erit tamdiu, donec membrum nullos vapores ampliùs emittat.

Lib. de præparationibus. de litar.

Ignis persicus

Ignis perſici cura.

℞. Calaminaris crudi. ℔. ß.
Aquæ nenupharis. ℥. vj.
Aluminis plumoſi. ℥. ß.

Reduc in digeſtionem equino fimo diebus octo, poſtea deſtilla. Hæc eſt Geberi deſcriptio, in qua Petrus de argillato plurimũ errauit.

Addi poteſt.

Ad huius præparati calaminaris. ℥. vj.
Aquæ vitrioli, gallarũ, &c. quantum ſufficit.
Lib. præparationũ de calaminari lapide.

ad vulnera recentia

Iouis Oleum Stanni

quamvis
Stannum in calcem redigitur, ad quam

irrelava · horis 24: videavigdox- lib ·

aqua

aqua fortis affunditur, & ſimul tamdiu relinquuntur donec lapilli appareant, vt chriſtallũ clari. Deinceps humore per arenã abſtracto, ſenſim acetum deſtillatum affunditur, & omnia balneo digerũtur ad ſolutionem horis decem aut 12. coquunturque frigefacto vaſe, clarum eximitur, ac deſtillatur. Huic exiccatę materię, deſtillatum aliud acetum affunditur, & coquitur vt prius, vſque dum ſoluta ſit omnis materia. Quo percepto abſtrahitur acetũ deſtillatione, affunditur, & abſtrahitur, vſque dumin olei formã reſideat in fundo materia. Quæ calida adhuc eximenda eſt, ne coaleſcat in mellis craſſitiem. Expletur vt oleum ex plũbo ad vulnera recentia quęuis & vlcera ſananda horis 24.

Juncturarum dolorum cura.

℞. Maſticis. ℥. vj.
Terebinthinæ. ℥. ij.
Galbani. ℥. v.
Deſtilla per alembicum.

Addi poſſunt

Ad eius deſtillati maſticis. ℥. vj.
Olei laurini deſtillati. ℥. j.
Vini ardentis, aceti ana. ʒ. j.
Fiat vnguentum.
Lib. præparationum de maſtice.

Lactis in mammis productio, per chriſtallum reuerberatum.

℞. Chriſtalli. ℔. j.
Aquæ entalli. ℔. ij.

Fiat mixtura per imbibitionem, quæ reuerberanda eſt. 24. horis, vt ex vna. ℔. verto fiat id eſt quarta pars libræ. doſis eſt. ʒ. ij.

Addi poſſunt.

Ad eius reuerberati Chriſtalli. ʒ. ij.
Spermatis meliſſæ.
Lactucæ ana. ℥. ß. & ʒ. ß.

Fiat puluis in aqua amygdalina propinād⁹.

Chriſtalli ſublimatio.

℞. Chriſtalli ℥. j.
Salis armoniaci. ℥. iij.

Ambo ſubtiliter puluerata ſublimentur, idque ſexies, eleuatum vice qualibet amouendo.

Addi poſſunt.

Ad eius eleuati, Chriſtalli. ℥. ß.
Aquæ communis deſtillatæ. ℥. iiij.

Fiat alcali. cuius doſis eſt. ʒ. ß.

Chriſtalli deſtillatio.

℞. Chriſtalli eleuati. ℥. j.
Aquæ nitri & aluminis ſine deſtillatione. ana. ℥. ij.

Digerantur optimè, poſtea deſtillētur, hoc deſtillatum ſiccetur, & reſoluatur, inde coaguletur igne lento. In loco humido ſoluetur in aquam. doſis eſt. ℈. j.

Iuxta nunc poſitum de chriſtallis proceſſũ in tribus præparationibus, ſcilicet calcinatione, ſublimatione, & deſtillatione, poterunt iſtę gemmæ pellucidæ præparari, ſingulę quidem ad ſuos effectus: Granati, Saphyri, Smaragdi, Iacinti & Rubini cũ ſuis additionibus vt infra. Lib. præparationum, de gemmis.

Ladanum

Ladanum mercurij.

Purgetur optimè quocunque meliori modo mercurius, & ſublimetur cum æqualibus vitrioli & ſalis nitri ponderibus, aceto priùs fortiſſimo ſubactus in pilâ piſtillo ligneo, quò ſępius eò melius. Poſtea ſublimetur iterum ab alumine calcinato, & ſale nitri: tum demum repurgatus erit. Perfundatur puluis eius aquâ ardẽte, & abſtrahatur, affundatur & abſtrahatur, vſque dum in fundo maneat in olei formâ albiſſimi: Siccetur, in puluerẽ tundatur, & ſuper marmor ſoluatur loco humido. Poſtremò exſiccetur, & ſeruetur ad vſum. Theriaca metallorũ vocatur. doſis eius eſt, granum cum theriaca vel mitridatio, vinoque præſtantiſſimo.

forma oo.

Lentiginis cura.

lentilles du visage

℞. Heliotropii vel Meliſſę.
Gamandreę ana. ℥. iij.
Mannę electę. ℥. ß.
Spermatis cęti.
Baccarum lauri ana. ℥. x.
Aquarum Meliſſæ, verbenæ, valerianæ, ana ℥. v.

 Fiat

Fiat potus, doſis á quatuor in quinque vncias, quum incipiunt exire. Si reubarbarum addatur, non exeunt amplius, ſed minimè bonum. Heliotropium herba ſolaris, penes Paracelſum eſt meliſſæ.

Lib. de Apoſt. cap. lxij.

Lentiginum prauarum cura.

℞. Reſinæ abietis.
Colophoniæ.
Terebinthinæ, ana. ℔. ß.
Ceræ virgineæ. ℔. j. ß.
Ammoniaci.
Myrrhæ ana. ℥. iij.
Realgaris fixi. ʒ. iij.

Fiat vnguentum, quod ſi debilius exiſtat, vel tardius curet, vtitor ſequenti.

℞. Olei realgaris.
Olei de aquila fixa ana. ʒ. ij. ß.
Olei de vitellis ouorum. ℥. j.
Terebinthinæ lotæ. ℥. ij.
Litargyrii acetoſi. ℥. ß.

Fiat vnguentum.

Puluis ad lentigines.

℞. Croci martis.
Florum æris.
Operimenæ fixæ ana. ℥. ß.

Fiat puluis.

Deſtilla etiam aquà lentiginoſam ab aquila fixa, vel à realgare fixo, qua locus abluatur ſingulis diebus ſemel.

Vlcerum cancroſorũ mundificatiuum Mercuriale.

℞. Len

℞. Lentiginoſę ſucci. ℔. ij.
Realgaris fixi. ℥. ß.
Croci orientalis. ℥. j. ß.

Digerantur omnia ſimul tribus diebus, & ſerua. Lauentur vlcera hoc liquore manè & veſperi leuiter. Poſtea ſuperponatur Oppodeltoch quod ſequitur.

Aliud mundificatiuum oppodeltoch dictum.

℞. Operimenę fixæ. ℥. j.
Aquæ culiculæ. ℔. j.
Præpara vt ſupra.

Chirurgiæ magnæ Patris. iij.
Lib. vj. cap. j.

Lepræ cura per antimonium præparatum.

℞. Antimonii. ℔. j.
Aceti deſtillati & acuti. ℔. iiij.
Tartari crudi albi. ℔. ß.

Terenda terantur & in digeſtionem cum aceto ponantur. Poſtmodum extrahatur oleũ rubeum per vas retortum.

Addere poteris.

Ad antimonij præparati huius. ℥. j.
Olei de fæcibus vini. ʒ. j.
Olei amygdalarum amararum. ℈. ix.

Commiſceantur & eo qualibet ſeptimana ſemel aut bis inunge loca leproſa.

Lib. de præparationibus, tractatu. ij. De antimonio.

Lepræ, & Elephantiaſis, cura.

Reducatur aurum in primam materiam, id eſt in mercurium, qui rurſus coaguletur in ſoliditatem & conſiſtentiam, adhibeaturque per annum : breuiori tempore curari non benè poterunt. Abſtinendum ab aliis remediis. Doſis eius. ℈. j. in ʒ. j.

Chirurgiæ magnæ Partis iiij. lib.ix. cap. ix.

Leproſa humiditate prouenientium morborum, Puſtularum, paralyſis, Guttæ ſpecierum, & Hydropiſis humidæ, cura per laxatiuum Mercurium.

℞. Mercurij coagulati albuminibus ouorũ, ℥.j.
Aquæ aluminis. ℥. vj.
Deſtillentur in cineribus vt inde fiat puluis: Doſis eſt grana iij. vſque ad v. Purgatiuum eſt efficaciſſimum.

Lib. præparationum, de mercurio.

Lethargiæ, Paralyſis, & Stupefactionis membrorum cura.

℞. Aluminis plumoſi. ℥. vj.
Aluminis colchotarini reſoluti. ℥.iiij. ß.
Salis armoniaci. ʒ. iij.
Reduc in reſolutionem.

Addi

Addi poſſunt.

Ad huius præparati. ℥. j.
Sanguinis draconis.. ℥. iij.
Liquoris mumiæ. ʒ. vij.

Fiat vnguentum quo ad lethargiam locus in occipitio,& in principio nuchæ perũgẽdus. Inſenſitiua virtus ex plumoſo procedit, quapropter inde petenda cura.

Lib. præparationum, in alumine.

Litargirij oleum.

Perfundatur aceto deſtillato, & loco calido digeratur aliquandiu, effundatur, & aliud recens acetum affundatur, digeratur, effundatur, idque toties,donec acetum non coloretur amplius. Collectum acetum hoc omne coloratum balneo deſtilletur, donec in fundo maneat oleum; ad exulcerationes,combuſtiones, tumores atque dolores ex nimio calore prouenientes efficaciſſimum remedium.Ex eo fit etiam lac virgineum.

Litargirij oleum.

℞. Alumen, acetum,& litargirium. Coquito ſimul donec albeſcat litargirium. Iterum excoque,hoc ipſo proceſſu redigetur in oleitatem: cuius Archilaus etiam meminit.

Chirurgiæ Paruæ lib. iij. cap. iij.

Lupi vlceris cura.

℞. Realgaris chriſtallini. ℥. j.

 Olei gra-

Olei ardentis. ℥. ij.

Ceruſſæ. ʒ. ij.

Fiat vnguentum, quod circum vlcus ponatur, & non ſubintret. Ligaturas innoua ſingulis duodenis horis, in ſextum aut ſeptimum diem. Ablata poſtrema ligatura, tantiſper abſtinẽdum, donec locus ita circunſpectus abeat & per ſe. Quo facto lauetur manè & veſperi hac aqua, & emplaſtro infra præſcriptis, iuxta communem vſum.

Aqua ad Cancrum.

♃. Aquarum glutinis aquei.

Roſarum ana. ℥. vj.

Parthenionis. ℥. v.

Emplaſtrum ad cancrum.

♃. Olei lini. ℔. ß.

Viridis æris.

Ceræ ana. ℥. iij.

Coquantur ſimul in Ceratũ & adde Bdelij colati. ℥. ij. & liga iuxta conſuetudinem.

Chirurgiæ Paruæ lib. ij. cap. vij.

Lupi, & noli me tangere, puſtuloſorum cura.

♃. fumi metallorum. ʒ. j.

Mercurij martis hæmatini. ʒ. iij.

Liquoris Bdelij ad pondus omnium.

Digerantur & affundatur aqua parthenionis ad libitum: adhibeatur ſingulis duodenis horis remouendo.

Chir mag. Par. iiij. lib. ix. cap. v.

Lyenteriæ

Lyenteriæ cura per Cachimiam.

♃. Cachimiæ præparatæ ad diarrhæam
Gummi arabici diſſoluti in aqua plantaginis. Reduc ſecundo gradu ignis ad bolum formandum vel paſtam vt infra.

Addatur.

Ad eius præparati. ℥. j.
Croci martis. ʒ. ij.
Corallorum rubeorum. ʒ. ß
Teriacæ quantùm ſufficit ad formandum bolum. Doſis eſt à. ʒ. ij. in iij. vel iiij. manè, veſperique ſingulis diebus.

Lib. de præparationibus de cachimia.

Maculas à facie, totaque corporis cute, pellendi ratio.

Animal aut fruticem fructúmve, ſimile huic per omnia, cuius figuram aut ſimulachrum ipſa macula refert, ſuperligetur viuũ aut virens, ibidemque relinquatur, donec per ſe, vel moriatur, vel exiccetur aut putreſcat. Hac via maculam à carne tantum, nondum à cute extraxeris: niſi prius maculam in cute, aqua forti, vel regis madefeceris, & tum demum cutis per dies quindecim aut amplius nigreſcet, & auferetur, aliaque renaſcetur eius loco, ſimilis naturali.

Lib. de vermibus cap. xij.

Mali mortui cura.

Cauterium.

℞. Sulphuris liquefacti.
Liquoris de colophonia.
Olei de carabe ana. ℥. iiij.
Thuris ℥. iij.
Reſinæ abietis. ℥. vij.

Fiat mixtura ſuper ignem, vngatur calidè ſingulis diebus duodecies & aperietur.

Lib. de Apoſt. cap.. viij.

Magiſterium ex metallis.

℞. Circulatum optimè, ad ſummã eſſentiã repurgatũ, cui tenuiſſimas laminas metallinas impone, cuiuſuis metalli optimè limati, malleati, & mundati. Hæc duo ſub pondere ſufficienti ſimul, ſeptimanis quatuor circulentur. Per temperatum hoc, laminæ reducentur in oleum, & in formam pinguedinis ſupernatantis, iuxta conditionem ſui metalli coloratæ, quam per tritorium argenteum ſeparabis à circulato. Hoc eſt metallum potabile.

Magiſterium gemmarum.

℞. Gẽmas priùs contritas & calcinatas iuxta reuerberatoriam artem, quibus addatur ſal nitrum æquali pondere, ℔. j. videlicet. Simul in calcem optimè comburantur, & abluantur ardente vino tamdiu, donec amplius materia nulla ſuperflua ſit reperta. Poſt ablutionem hanc, materiã calcina, & per omnia fac

vt prius

vt prius; & in vinum ardens tranſit omne quod quæris. Per bullitionem euaporare ſinito vinũ, & reſidebit alcali hoc reſolutũ in aquã, ſerua.

Magiſterium vnionum.

℞. Correctũ acetum, cui contritos vniones impone, & per menſem in eo digerãtur, ad hũc modũ in aquã reſoluẽtur. Deſtillatione per balneũ acetũ ſeparetur, inuenies vniones in fundo vaſis reſolutos in aquã. hoc eſt magiſteriũ perlarũ vel vnionum. Coralla verò conterenda priùs & calcinãda veniũt ab initio cũ ſale nitro: poſtmodum vt gemmæ præparanda & reſoluenda.

Magiſterium marcaſitarum.

℞. Marcaſitã ſubtiliſſimè tritam, affundatur aqua ſoluente, vt quatuor digitis latis ſupernatet, ſoluatur, & poſtea putrefiat vno menſe, deſtilletur poſtmodum, & ſeparetur, vt antea de metallis docuimus.

Magiſterium ex pinguedinoſis.

℞. Carabis optimè triti, quantùm voles, & circulati quod ſufficit in flacco digerantur per cineres diebus ſex. Poſtea deſtilletur inde circulatum, & rurſus affundatur, toties id fiat, quouſque reperiatur oleum in fundo: hoc eſt arabis magiſterium.

Magiſterium ex reſinatis.

℞. Therebintinę, gummi, vel reſinæ, quę lu-
tatum

tatum in vitrum poſita, menſe vno digerantur per ſe, in digeſtione calida. Poſtea coquantur in ardente vino, aqua ſoluente permixto, media tantùm hora. Deinceps per alembicum cæcum deſtillentur, & ita maneant vno die. Inuenies poſtmodum olea in ſeipſis diſtincta, quæ ſeparato: quodlibet enim eſt magiſterium in ſua natura. Oleorum magiſteria non indigent aqua ſoluente.

Magiſterium ex creſcentibus.

℞. Lignum minutiſſimè conciſſum, hoc in ollam fictilem vitreatam conſtantem in igne, coopertamque poſitum, igne carbonum horis quatuor aduratur, exemptumque putrefiat in vitro per menſem, deinde per cineres vrgeatur vſque ad vltimos ſpiritus, quibus perceptis, mox ceſſa, ne magiſterium ab igne fœtorem concipiat. Ad eundem modum ſemina, radices, cortices, & ſimilia, ſuum ad magiſterium adducuntur.

Magiſterium ex vino.

℞. vinum excellentiſſimum et optimum, colore ſaporeque vigentiſſimum, ad libitum. In vas vitreum infundas, vt tertiam partem eius tantùm impleat, & ſigillo Hermetis incluſum, in equino ventre menſibus quatuor continuato calore teneatur, qui nunqum deficiat. Quo peracto hyeme, quum frigus, & gelu maximè ſæuiunt, his exponatur per menſem vt

congeletur

congeletur eo gelu & frigore. Ad hunc modũ frigus, vini ſpiritum vna cum eius ſuſtantia pro trudit in vini cẽtrum, ac ſeparat à phlegmate, Congelatum quod non eſt, ſpiritum cum ſubſtantia fore iudicato. Congelatũ verò corpus, abiice. Spiritum eiuſmodi poſitum in pellicano, per aliquod tẽpus in arenæ digeſtione manere ſinito, calore temperato. Poſtmodum eximito vini magiſterium.

Magiſterium ex Sanguine

℞. Sanguinem, quem pellicano reconditũ tranſcendere ſuper ventrem equinum tamdiu ſinas, donec tertia pellicani pars impleatur: nam ſanguis omnis in ſua rectificatione dilatatur, iuxta quantitatẽ, & non ſecundum pondus. Hoc tempore peracto, rectificabis ipſum per balneum. Hac via phlegmata recedunt, in fundo magiſterio reſidente, quod retorto ſigillo Hermatis munito nonies deſtilletur, vti libro præparationum docuimus.

Lib. Archidoxorum de magiſteriis.

Margaritarum liquor

Puluerentur, & aceto deſtillato affuſo vt digitis latis quatuor ſupereminea, ſoluatur inter cineres calidos, & balneo deſtillentur, ad ſiccitatem. Ad calcem aqua cœleſtis affundatur, & rurſus abſtrahatur ad ſiccitatem, idque tãtiſper donec puluis acrimoniam aceti exuat. Poſtremò ſuper marmor puluis hic ſoluitur, vel

vel ſpiritum vini perfuſus, digeſtibus atque deſtillationibus in liquorem inſtar olei redigitur. Doſis verò grana.vj.

Margaritarum ſuccum conficiendi forma.

Accipe aceti deſtillati. ℔. j.
Aquæ vitæ circulatæ. ℔. ß.

Margaritarum mundatarũ. ℥. iiij. quæ poſtquam pulueratæ fuerint & præparatæ, cum prædictis in circulatorio digerantur per menſem, & ſubſidet materia perlarum vt pinguis liquor, qui poſtquam apparebit, ſeparẽtur alii liquores, vt aceti & aquæ vitæ, per effuſionem ſucco reſeruato, de quo dentur grana ſex per vicem. Sunt & aliæ ſuccum eiuſmodi parandi rationes, at hæc omnium eſt vtiliſſima.

Martis oleum

Ferri limaturæ aut calybis, in oleum per aluminis aquam rediguntur rubicundiſſimum, vel per deſtillatum acetum in crocum adducuntur à quo ſal armoniacum nouies vel decies eleuantur, poſtea in oleũ reſoluitur, quod abluitur aliquoties aqua deſtillata, magis ad alchimiam quam ad medicos vſus.

Matricis profluuiorum cura.

℞. Hœmatitis. ℥. j.
Olei nucis muſcatæ.

Ole gra-

Olei granorum artis.

Petrolei ana. ℈. iiij.

Miſceantur omnia ſimul in compoſitum vnum de quo detur. ℈. j. cum aqua roſacea, in qua radices plantaginis coctæ ſint. Hoc medicamento ſiſtuntur profluuia ſine doloribus vel conuulſionibus, quæ ſi contingant, ſignum eſt lapidis.

Addi poſſunt.

Ad huius hœmatitis præparati.

Aquæ marrubii, meliſſæ ana. ℥. j.

Miſceantur omnia. doſis eſt a ʒ ß. ad ʒ. j. ß

Lib. præparationum, de hœmatite.

Matricis ſuffocationis cura.

℞. vitrioli à phlegmate ſeparati & colchotare purgati. ℥. ij.

Pulegii. ℥. iij.

Alcool. vini ℥. ß.

Reduc per deſtillationem iuxta neceſſitatē, doſis eſt ℈. ß. & nonnunquam integer.

Addi poſſunt.

Ad eius liquoris vitrioli grana. vij.

Granorum artis. ʒ. j.

Alcool vini. ʒ. j. & grana. vij.

Fiat compoſitio, quæ ponatur ſuper vmbilicum, ſi cum vomitu ſuffocatio fiat, vtendum erit priore præparatione vitrioli per os, ad ſuffocationem matricis.

Lib. præpar. de vitriolo.

Matricis dolorum, Hecticæ & Pleripneumoniæ cura.

℞ Auri extincti per aquā chelidoniæ.℥.xiij.
Mirabolanorū indorum, chebulorum ana.℥.j.
Digerantur diebus ſeptē. Separetur tandē aquoſitas à medicina. Doſis eſt a ℈.j. ad.℥.j.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati. ℈. j.
Olei nucis muſcatæ. ℥. j.
Olei caryophillorum. ℥. j.
Doſis eſt. ℈. ß. vſque ad integrum.
Lib. præpar. de auro.

Medicamenta inſtaurantia iuxta Aſtronomicam Anatomiam.

Quadruplicia corpora ſunt ad cœleſtem anatomiam comparata, bifariā repartita: duo viris inſeruiētia, videlicet lignū aloes, & Antimoniū: alia duo mulieribus, vt meliſſa, & valeriana.

Viris mulieribus

Poſt menſem reuolutum

Viris conuenit oleum viride ſalis: mulieribus liquor carabis: quorum præparationes ex Archidoxicis Paracelſi petere potes. Iſtis natura humani corporis ad armonicam temperaturā adduci poteſt, vt ad ſimilitudinē proportioni cœlicæ renouetur, & inſtauretur.
Chir. mag. Par..v.lib.iij.cap.xxvij.

Melancolici, timidi, incantati vel obſeſſi cura.

℞. Corallorum rub. ℥. iij.

viſci

Viſci quercini.
Hypperici ana. ℥. iiij.
Styracis calamitæ.
Ladani.
Gummi ana. ʒ.j.ß.
Vrinæ deſtillatæ.℔. ij.
Reduc in decoctioné clauſo alembico, duodecim horis, poſtea deſtilla & quod aſcenderit iterum affunde, facque vt ſupra iterum, & hoc modo coralla magis rubeſcunt, atque dureſcunt, ideo prius terenda.

Addi poſſunt.

Ad præparati coralli huius. ʒ. viij.
Angelicæ. ʒ. xv.
Viſci quercini. ℥. j. ß.
Miſce cum aqua hyppericonis.
Doſis eſt, ℥. ß. vſque in. ʒ. vj.
Lib. præparationum de Corallo.

Menſtruorum cura.

℞. hœmatitis. ℥. iiij.
Maſticis diſſoluti. ℥. x.
Carabe. ℥. j. ß.
Fiat mixtura cum decoctione per aquam aluminis, ablue poſtmodum. Notandum tamé ea menſtrua mulierum ſiſtenda, quæ faciei natiuum colorem tollunt, vireſque naturales. Vbi materiam prædictam diutiùs decoxeris, fiet paſta quædam mollis ex qua trociſci formari poterunt, ad vſum vt ſupra.

Addi poſſunt.

Ad huius hæmatitis præparati. ℥. j.

Piperis longi.
Nucis muſcatæ ana. ʒ. ß.
Rubetarum cinerum. ℈.iiij.
Fiant inde trociſci cum aqua mentę. Doſis eſt, a ℈. j. ad. ij.
Lib. præparationum, de hœmatite.

Menſtruorum cura per marcaſitam.

℞. marcaſitæ per omnia præparatæ, vti ad reſtrictionem ſanguinis in vulneribus. ℥. ß. cui ſandaracæ tantum addatur quod ſatis erit in vnguenti formationem, & quum exundarint profluuia, perungendus erit vmbilicus eo, ſemel, bis vel ter.
Lib. de præparationib. de marcaſita.

Menſtruorum profluentium reſtrictio.

℞. Corallorum rubeorum. ℥. ß.
Olei mirtillorum. ʒ. j.
Olibani. ℥. j. ß.
Salis fuſi: ℥. ij.
Miſceantur, & in ignis quarto gradu reuerberentur, horis duodecim, non diutiùs, poſtmodum aqua plantaginis abluantur.

Addi poſſunt.

Ad corallorum præparatorum. ʒ j.
Seminum tanaceti.
Plantaginis ana. ℈. j. ß.
Fiat puluis qui cum vino bono, ſaleque modico, & ouo confuſus, adminiſtrari debet per os, aliter non iuuat.

Lib.

Lib. præparationum, in Corallo:

Mercurius diaphoreticus.

Soluitur aqua facta ex albuminibus & teſtis calcinatis ouorum, vt in puluerem factus, ab eo poſſit eſſentia trahi liquore vitrioli &c.

Mercurius diaphoreticus.

♃. Mercurium coagulatum cum ſtanno, tritum, ponatur in ſcutellam auream, ſatis profundè ſitam, ſed natantem in aceto vini optimi; affundatur pulueri optimum alcool vini rectificatum in ſpiritum, hoc accendatur, idque ſæpius fiat, omnia ſcilicet mercurius, ſtannum & vinum in oleoſam abibunt ſubſtantiã, quam ſerua. Doſis eius erit granum. j. ex optimo generoſoque vino, Tramineo, vel Alſatico ſumptum. Stragulis multis excitetur ſudor in lecto, quantum ſuſtinere queat æger.

Mercurij laxi præparatio.

♃. Mercurium, & aqua ouorum toties abſtracta per deſtillationem, coralletur. Eius corallati grana octo dentur in optima confectione aromatica, fluxiones à ſparadrapo collectis adimit omnes.

Chir. magnæ Partis v. lib. ij. cap. xj. xij.

Mercurij puluis diaphoreticus.

Soluatur aquis ad hunc modum tractis. Ex

vitriolo ſolo deſtilletur aqua, & ex alumine ſolo alia, ſeruentur ſeorſum vtrique aquæ per ſe: addantur ad eius ℔. ß. aceti deſtillati ℔.j.ß. & albuminum ouorum coctorum in duritiem ℔. iiij. vtramque bis iterum deſtillato, ſecundò mixtim, & ad ℔. j. mercurij, ſumito huius aquæ poſtremæ ℔. iij. Diſſolutione facta, rurſus totiès deſtillãdum eſt, donec puluis colore flauus appareat, vltimo ſpiritũ vini affuſo deſtilletur quoties viſũ fuerit. Doſis eſt grana iij. in iiij. vel v. in optimo & pauco vino, vel electuario roſarum &c.

☿ⁱⁱ præpa-ratio.

Mercurij præparatio maxima.

℞. Mercurij vel argenti viui ℔.j. hic aceto in quo ſal diſſolutum ſit, optimè lauetur, poſtmodum cum ℔. ß. puriſſimi ſalis commiſceatur & in marmoreâ pilâ, piſtillo ligneo tantiſper agitetur, donec ſal prorſum nigreſcat, & argentum viuum abſorbuerit vt non appareat amplius. Quo peracto, ſal à mercurio, per vas retortum orificio merſum in aquâ frigidâ pellatur, vt totus, vel quod purum eſt eius, in aquam deſcendat. Hoc toties repeti poterit vſque dum optimè repurgatus videbitur. Tandem in lixiuio ſequenti bulliant. Accipe calcẽ viuam ad quam affundas aquam feruentem, agitato ſemper donec frigeſcat. Reſidentia facta, quod clarum eſt, per manicam filtream in modum ſacci hypocratis formatam coletur. Colatum hoc ad glaſti cineres optimè vſtos

iterum affundatur, & agitetur vt priús, donec etiam frigeſcat, & rurſus per manicam filtreã coletur. Mercurius antea repurgatus in iſto lixiuio bulliat, ſatis eruatur, & aceto in quo ſal diſſolutum ſit, abluatur, & per ſal retorto vaſe pellatur. Tandem eius ℥ j. aquâ cæſaris aut regis cuius formulam infra ponimus, ſoluatur, & ſolutio ſeruetur donec opus ſit.

☿ puri ſirat. ℥ j.

Aquæ Cæſaris aut Regis formula.

℞. Vitrioli optimi. ℔. ſalis nitri ℔. j. aluminis vſti ℔. ß. fiat aqua ſolutionis ſecundum artem, & in eam aquam iniicias ſalis armoniaci. ℔. j. & iniectis argenti lamellis repurgetur. Nam ſi vnà cum cæteris deſtilletur ſal armoniacum, periculum foret ne vas rumperetur, ob eiuſmodi ſalis vehementiam, flatuſque nimios, quibus vaſa replet, rumpíq; cogit.

Deinceps Accipe Antimonij in pollinem redacti, ſalis nitri purgati, tartari calcinati anã ℥ iij. Liquefiant in vrceolo fuſorio, ferreoque peſtillo concutiatur vas, vt regulus fundum petat. frigefacto vaſe per ſe, frangatur, & regulus ſeparetur à loppâ, teratur in puluerem: cuius ℥. j. in vas vitreum oris ampli poſita, cæſaris aquâ vel regis, irrigetur, & ſuper cineres calidos exiccetur, irrigetur & ſiccetur idque ſexies. Poſtremo eadem aquâ regiâ ſoluatur, & ſolutio ſeorſum poſita ſeruetur.

reguli ♂. ℥ j.

Poſtmodum in eadem aquâ ſeorſum etiã ſoluatur auri laminati vel in folia redacti. ℥. j. Tres eiuſmodi ſolutiones confunde, & per vnicum vas optimè lutatum, & retortum, ſexies

☉ ℥ j.

aut ſepties deſtilla, qualibet vice deſtillatum, & id quod ſublimatum eſt ad ſuas fæces iterũ affundendo. Poſtrema deſtillatione, quod manſerit in fundo eximatur, abiecto vel ſemoto liquore deſtillato, tanquam ad rem inutili. Trita materia figulino vaſe contenta, ſuper prunas accẽſas modicas ferreo ſtillo ſemper agitetur & moueatur, donec rubicundiſsimum colorẽ cõcipiat, & aquæ regis virulentia prorſus euaneſcat. Tandem aqua calente puluis hic toties abluatur, donec ſalſedinẽ deponat omnem. Exiccetur poſtmodum, & aquæ vel eſſentiæ vini perfectiſsimæ, tantum affundatur vt digitis tribus aut quatuor ſuperemineat, interque cineres calidos vaſe clauſo contentus & collocatus quinque diebus, vel ſex maneat ſingulis ter agitando. Tum demum eſſentia vini ſeparetur à materiâ per balneum. Sicca materia trita, roſarum aquâ moſco mixtâ perfundatur, & in eâ maneat quatuor vel quinque dieb. quouis ter commotione vitri perturbando. Poſtremo liquore per balneum abſtracto, materia præparati mercurij reſidebit ad fundum, exempta vitro ſeruetur optimè clauſo. Doſis eſt a grano j. vſque ad tria. & in ʒ. j. pro perſonarũ reſpectu, ac morbi, in aqua theriacali vel mitridatica, per os adhibeatur ad internos morbos.

Aquæ theriacalis formula

℞. Alcool vini correcti. ℥. v.
Theriacæ ſeu Mitridati. ℥. ij. ß.
Myrrhæ recentis. ʒ. x.

Croci

Croci optimi. ℥ ij.

Miſceantur & per balneum Mariæ deſtillẽtur. Hoc medicamento, capitalia membra totius corporis optimè purgantur, ad extremam ſanitatem.

Mercurij præparatio per amalgamationem cum Saturno, & aliis metallis.

℞. Saturnum quem amalgamato cum vigeſima ſui parte mercurij, vulgi, aut aliorum metallorum, iuxta conditiones morborum, (excepto ferro) Laminis eiuſmodi ligaturæ fieri poſſunt, ad curam excellentiſsimam vlcerum aliorumque. Plus enim corrupta metalla poſſunt, quàm integra. Emplaſtrum itaque de Mumia plurimum efficax. Lithargirium etiam, aliud quid eſt præterquam ſpuma Mercurij?

Chirurgiæ magnę partis v. Lib. ij. cap. xx.

Mercurij ſublimati oleum ad morbum venereum. &c.

℞. Sublimati. ℔. j. ß.

Salis armoniaci albi & per tartarũ purgati ℔. ß.

Pulueriſentur & ſublimentur toties, donec in fundo maneant & vt cera liqueſcant. Poſtea huic materiæ tritæ affundatur aqua ſalis armo

niaci, per ſe, vel ouorum aquæ mixta, & iterū exiccentur, idque decies: deinceps ſuper marmor humido loco reſoluantur. Et ad huius ſoluti. ℔. ß. addantur foliorum auri & argentii vtriuſque ℥.ij.in vitro digerantur horis 24. & poſtmodum balneo maris vel per cineres liquor abſtrahatur,& vitro clauſo ſoluatur in loco calido.Remedium eſt excellentiſſimum cōtra morbum venereum, & alios ex iſto prouenientes, cancrum, fiſtulas. &c.

Mercury viui extra corpus,in quot vnctionibus imperitorum medicorum ſubintrauit, propulſio.

Tribus modis aut mediis expelli poteſt:

Primò, per corallatum.

Secundò,per aurum diaphoreticum.

Tertiò,per Termas,vt Balnea Iaſſæ.

Corallati deſcriptio.

℞.Liquorem aquilæ,quem exiccato, & liquore præparati vitrioli imbibatur, qui iuxta proceſſum tartari ſpiritus,abſtrahatur, tādiu donec corallatum præparatum ſit. Doſis eius eſt granū in theriaca,vel metridatio,iuxta reſpectum ęgrorum, bina ternáque vice ſumptū.

Auri diaphoretici deſcriptio.

Iſtius corporis accipe ℥.j.& ex eodem fabre factis ſcutellis duabus,inter eas per eſſentiam vini,primo gradu Athanoris,in liquidum reſoluatur.

uatur. Doſis eius grana iij. ex optimo vino, bis terue ſumpta.

Mercurij Thermarum extractio per Balnea.

℞. Iaſſæ veteris, Perſicarie, Aquilegij, & ſpecies Serpentinarum, quantum ſufficit, Coquãtur in aqua ſulphurea Thermarum, in quibus ægris imperetur balneatio: hac mercurius è membris pellitur vt impoſterum ſint, ad aliorum medicamentorum ſuſceptionem, idonea, nullo reſpectu quorumuis accidentiũ habito. Chirurgiæ magnæ Partis v. li. iij. ca. xxv.

Mercurij præcipitatio iuxta Paracelſum.

Congeletur primò per aquam aluminis, & poſtea conteratur in minutiſſ: puluerem. Tandem affundatur aqua facta per deſtillationem ex albuminibus ouorũ, & calce corticum eorum, vt huius medietas ſit albuminum, abſtrahatur iterum deſtillatione, ac rurſus affundatur & abſtrahatur, idque toties, donec mercurius rubeſcat vt corallum. Doſis eſt, grana iij. cum ℈. j. theriacæ.

Mercurij oleum dulce ac diaphoreticum.

Primò, purgandus eſt per tartarum calcinatum,

tum,& poſtea ſublimandus à vitriolo ſale nitro & alumine exiccatis ac in aqua ardente rectificata, vel ſpiritu vini digerendus, vſque dum in viſcoſam ſubſtantiam & pinguem abeat. Abſtrahatur aqua per arenam igne vehementi,& exudabit liquor in forma lactis, iterum affuſus in oleum albiſsimum tranſit, ac dulce præter omnem corroſionem, cætera quæque metallorum, excellens olea. Cum ſole digeſtum & congelatum, ſummum artis magiſterium, aut elixir exhibere poteſt Per os adminiſtratum exulcerationes occultas, in faucibus, veſica, & in renibus, ſudoribus expellit & radicitus curat.

Mercurij eſſentia dulcis.

Soluatur aqua ſalis nitri,&abſtractu per deſtillationem redigatur in puluerem album, cui vaſe fuſorio excepto, ac prunis candenti, affundatur aqua fortis à vitriolo & alumine tracta, abſtrahaturque. Puluis aqua communi deſtillata pluries abluatur, vt acrimoniam deponat. Poſtea ardentem aquam affundas, eamque per deſtillationem abſtrahas, idque decies, vltimo vehementi admodum igne vt vas candeat ferè totam abſtrahas humiditatem, vt mercurij puluis rubeat inſtar ſanguinis, dulciſque valde guſtu percipiatur.

Mercurij præparatio.

Soluatur in aqua forti, cui pars vna ſalis fuſi & la-

& laterum fragmentorum duæ partes iniectæ ſint, ac rurſus cum his aqua fortis deſtilletur, & abſtrahatur bis terue, Poſtmodũ puluis teratur ſuper marmor aqua ardente madefactus. Iterum deſtilletur, & ſoluatur ouorum & teſtarum aqua. digeratur & diſtilletur, &c.

Mercurij liquor quadruplex ad varios morbos.

℞. Sublimati. ℔ j.
Antimonij præparati. ℔. ß.

Commixta per arenam deſtillentur, donec galea clareſcat ardens aqua, fęcibus affundatur, ac digeratur horis 24. Tandem per arenã iterum deſtilletur primò vinum, poſtea oleum pellucidum, flauum, rubeum in fundo manet albus liquor primò proſiliens ad vlcera, ſerpigines, clauos, callos, verrucas &c. valet, item ad fiſtulas, cãcrum, podagricos tophos, & vitia cutis omnia, flauus liquor ſecundo promanans contra dolores cholicos, pleureſim, podagrã, oris fœtorem, ſputationem ſanguinis, ſpirandi difficultatem, abſceſſus, mẽbrorum reſolutionem ex frigore &c. pondere granorum ij. vel iij. exhibetur. Oleum vero quod poſtremo fluit rubeum extrinſecus applicatum, ad omnia quæ dicta ſunt, valet vinum quod abſtractum inde fuit ad pulmonis exulcerationem, inflammationem laterum, pectoris anguſtiam, colicã &c. Datur per os cum aqua vitę.

Mercuria-

Mercurialium eſſentiarum mineraliúmque laxatiuarum variæ ſpecies ex ordine.

Primo,

Sulphur vitriolatum. Vitriolum liquefactũ

Secundo.

Mercurialis Seua, laxa Chimolea.

Tertio,

Mercurius metallorum. Mercurius mineralium præcipitatus, Extractus.

Definitiones Mercuriorum, ex ordine præcedentium.

Sulphur vitriolatum eſt quædam ſulphuris à vitriolo, per decoctionem extractio. Doſis eius, vt eſt ellebori nigri. Vitriolum liquefactũ illud eſt quod ex cupreo tractum, non coagulatur vltra. Mercurialis Seua, eſt humor ab aluminibus tractus, in quibus generatur mercurius.

mercurialis Seua

Laxa chimolea, puluis eſt abſtractus à floribus mineralium ſalis.

laxa chimolea

Mercurius metallorum præcipitatus, eſt reductio metallorum in ſui materiam primam, & inde in ſeipſam præcipitatio. Mercurius mineralium, eſt oleitas, à mineralibus auri, & argenti tracta.

Mercurio-

Mercuriorum tria corpora.

Primum.

Antequam erumpat ex ſua matrice minerali terraque, qui cum ſuo corpore debet accipi, & præparari, pro mercurij præparationis vſu.

Secundum.

Poſtquam enatum eſt, vt eſt in ſeipſo ſeparatum igne medio, a ſuo corpore.

Tertium

Vt præparatum eſt arte, & in formam aduſti metalli redactum.

Prima præparatio Mercurij.

℞. Mineræ in qua naſcitur Mercurius, vt in prima coagulatione reperitur non induratum neque in corpus factum, ℔. xx. teratur, & coquatur in aqua pluuiali per horam. ſeparat per ſe impuritas ad ſuperficiem, per inclinationem aufer, & quod ſubſederit nempe corpus exiccetur, teratur & per cribrum tranſeat. poſtmodū è cucurbita deſtillabis igne vehementiſſimo. Liquor aſcendet limpidiſſimus & albus, hunc ſerua, & ab eo ſepara phlegma per balneum maris, in fundo manebit oleitas ponderoſa quædā, paulò minus hac ipſe mercurius. vtere ſucco hoc immaturæ mineræ, ad pondus granorum duorum, & olei ſpicæ grana ſex. idque iuxta mercurialem vſum.

Secunda præparatio.

℞. Mercurium corporalem, & amalgama cum æquali pondere ſtanni. Fluere ſimul in a-

non fluunt addi debet ☿

quam

quam facito. huic aquæ tantunden adde ſulphuris, vnà deſtillentur, & aſcendet lac oleoſũ & ponderoſum ſine corroſiuo. vtere vt ſupra vnctionibuſque, ponderibus etiam obſeruatis.

Tertia præparatio.

Omnis præparatio mercurij ad hunc modũ fit, tam diu donec fatigatus ſit, omnemque amiſerit acuitatem. quo facto, poteris in vſũ aſſumere, inxta cõſuetudiné, arté, & experiétiã.

Mercurij præparatio ad fumigatiouem.

Mortificandus erit ſulphure primum, ad modum quo fit in parandâ cinabari, & cum æquali pondere, ſcilicet amborum, ſalis petræ ſublimandus. Poſtea mercurius hic ponatur in ollam fictilem vitreatam, inferius latã, & ſuperiùs anguſtam prorſum. Applica vaſis iſtius orificium, vt è directo ſub emunctorio ſit vlcerum, & accendatur ignis ſub vaſe tam lentus vt nullo modo fumum emittat, ſed calidus ita moderatè fiat, vt ſolus vapor inuiſibilis aſcendat in vlcera, nullo modo corpus aut fumus.

Mercurij præparatio ad loturas.

℞. Mercurium per ſe ſolutum, abſque vllà additione ſublimatum, & poſtmodum aliquãto ſale ſublimetur aliquoties. Poſtremò ab eo toties eleuetur aqua ardens, donec omnes corrodendi vires amiſerit. Coquatur in aquâ Perſionis vel chelidoniæ per dimidiam horam Coletur aqua tantũ mercurij corpore relicto; ſpiritu ſolo eſt quod vtaris in aquis iam per decoctionem deliteſcente.

Vnguentum

Vnguentũ mundificatiuum aliorum præparatio, ad corrodendum & mundificandum.

℞. Mellis ſyluestris.℔.j.
Aloe epatici ℥.j.ß.
Aluminis vſti,acetoque extincti aliquo ties.℥.j
Ouorum vitellos numero xx.
Terebinthinæ.℔.ß.

Agitentur omnia ſimul in pultem , & lentè coquantur in ſartagine munda,in formam em plaſtri ſubnigri,vel ſpadicei, quo ad extrahendum venenum vtere.

Vnguentum attractiuum.

℞. Pinea abietis recentia numero xx. Coquantur in aquâ ad extractionem reſinę,quam ſepara coquendo,adde tantundem terebinthinæ,& iſtius poſtremi mediam partem reſinæ. Bulliant ſimul, & vtere.

Aliud ad eundem effectum.

℞. Gummi Oppopanacis. ℥.ß.
Serapini.
Galbani.
Ammoniaci ana. ʒ. ij.
Bdelij. ʒ.vj.

Soluantur in aceto, colentur, addantur reu barbari. ʒ.ij. radicum Ephemeri non lethalis ʒ. ß. carabi.. ℥. ß. trita reducantur in emplaſtrum & vtere pro more ſolito.

Chir. mag. Par.v.lib. ij. cap. v.vj.vij.x.

Molæ matricis cura.

Eius cura duplex, prior, per expulſionem, altera, per conſeruationem.

Expulſiuum remedium

Accipe croci orientalis. ℥. iiij.
Boracis
Carabe ana. ℥. ß.
Scamoneæ. ʒ. vj.
Lapidis lazuli. ʒ. j.

Fiat peſſarium cum oppoponaco inſpiſſato. Animaduertendum, eiuſmodi medicamentũ adhibere tuto minimè poſſe, niſi mola parua ſit adhuc, vt per vuluam exire queat, ante partus veri terminum: ſi magnam expellere molam conatus fueris, morti mulierem expones.

Præſeruatiuum in molâ remedium.

Accipe agarici trociſcati. ℥. j.
Euforbij. ℥. ß.
Oppoponaci colati & inſpiſſati ad põdus omnium. Fac peſſarium, & vtere priuſquã mola fiat magna. Et ſi per noctem vnam non deſierit, ceſſabis à medicamento, quia ſignum eſt generationis prolis.

Lib. de Apoſt. cap. lvij.

Mori cura.

Accipe Oleorum Iuniperi. ℥. j.
Spicæ. ʒ. vij.
Laterini. ʒ. vij.

Fiat

Fiat mixtura, qua perungatur & euaneſcet.

Purgatio ſanguinis Sanguinis purgatio.

℞. Gamandreæ.
Cichoreæ, ana. Coquantur aqua munda, bibaturque decoctum manè & veſperi ſæpius.

Alia cura.

℞. Olei Benedicti. ℥. j.
Maſticis. ℥. ß.
Miſceantur, quibus vnge manè & ſerò.
Lib. de Apoſt. cap. xlv.

Morpheæ cura.

Huius cura bipartita eſt: prior in modum guttæ roſaceæ, poſterior, vt in malo mortuo.
Lib. de Apoſtematib. cap. xj.

Morpheæ curam quære lib. priori de præparationibus tractatu. 1. de antimonio ad alopeciam.

Morſuum ſerpentum, & aliorum venenoſorum animalium cura.

℞. Metridatij. ℥.ij.
Theriacæ. ℥. j.
Corallorum rub. pulueratorum. ℥.j.ß.
Detur in potum. Et ſi non inuenerit adminiſtretur aurum diaphoreticum, vel ladanum

aut materia perlata, vel gemmarum diſſolutarum eſſentia.

Ad ſuperponendum vulneri fiat ſticticum fodicatorum vulnerum emplaſtrum hoc.

℞. Litargirij aurei.
Mummiæ, ex gūmi factæ ana. ℥.iij. adde
Gummi ℥.ij.

Hoc vtendum erit emplaſtro tamdiu donec vulnus melius habere videbitur, deinceps communioribus emplaſtris ſticticis, abſque additione gummi vt ſupra. In iſtis non eſt pigritandum.

Defenſiuum hoc loco neceſſarium.

♃. Florum verbaſci.
Ruthæ.
Ypericonis.
Roſarum. ana quantum voles.

Ponantur cum aceto ad digerendum in ſole, & ſuperponantur calida.

Chirug. mag. Partis. j. lib. iij. cap. ij.

Morſuum Araneorum, Salamandrarum, Bubonum vel Rubetarum cura.

Contra morſum Aranei, valet ipſa terra ſigillata vera.

Contra morſum Salamandræ valet axūgia ſolis.

Contra Rubetæ morſum, etiam valet terra ſigillata, vera, non ea que ſuppoſititia venditur:

tur in officinis.

Terra quædam fodinis metallorum eruitur excellentiſsima, rara & chara, que vulgo dicitur S. Pauli: Bibi poteſt ad intrinſecam curam, ad extrinſecam ſaliua diſſolui & ſuperponi.

Chirurgiæ mag. Partis j: lib. iij. cap. iij.

Morſuum rabidi canis cura.

Fiat purgatio fortis abſque reſpectu per os & per ſeceſſum: coloquintida, vel agarico, Eſula ſucco corticū ſambuci, Reubarbaro, &c. Extrinſecus refrigeretur vulnus ſpermiolo, vel ſpermate ranarum, oleo mandragoræ, & curetur fodicatorum vulnerum ſticticis emplaſtris, in quibus non ſit pix græca.

Si rabies non remitteretur aut mitigaretur, adminiſtranda eſt opiata, ex vſu conſueto: rabiem enim aufert. Opiata

Optimum hoc loco fuerit ſulphur extractū ex vitriolo per calcinationem & præparationem.

Chirurg. magnæ Partis j. lib. iij. cap. j.

Mulierum doloribus.

℞. Smaragdorum præparatorum. ℈. j.
Liquoris meliſſæ ʒ. j.
Abrotani ℥. ij.

Fiat mixtura. Doſis eſt, à guttis iij. in vj.

Lib. preparationum, de gemmis.

Nactæ cura.

Nacta eſt apoſtema, vberibus mulierum, ex immaturis fluxibus menſtrualibus, lacti permixtis, adueniens.

Oppodeltoch.

℞. Oppoponaci.
Bdelij ana ℥. j.
Serapini. ʒ. ij.

Aceto contemperentur liquidè ſatis, colati per pannum, & in ſpiſſitudinem excoquito mellis, & adde.

Mummiæ. ʒ. j.
Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ. iij.

Liquoris de cachimia tantundem vt reliquorũ omnium, & fiat emplaſtrum.

Chirurgiæ Paruæ lib. iij. cap. iij.

Nathæ vel naſdæ cura.

Accipe fæcum vini. ℥. x.
Vini ardentis. ℥. iiij.
Axungiæ vulpis. ℥. v.
Olei anetini ad pondus omnium, & fiat vnguentum

Lib. de Apoſt. cap. lj.

Noli me tangere, cura.

℞. Reſinæ abietis. ℔. j.

Faſinæ

Farinæ ordei. ℥. vj.

Reſinæ pini. ℥. viij. reduc in ceratum.

Si medium aut finem attigiſſet, mortificatio præcedat qua minuatur ærugo.

Mortificatio.

℞. realgaris chriſtallini. ℥. j. coquatur in aceto per duas horas vſque ad exiccationem. huic affundas olei maioranæ. ℥. j. Miſce ſimul & hoc vnguēto ligabis oleo dicto, madefacies extrinſecus. Maneat immotum vnguentum duobus diebus naturalibus. Poſt quos ſanies & aqua profluent. Quibus perceptis mundificatiuū ſuperpone donec putredo nulla manet.

Mundificatiuum.

℞. Picis naualis.
Viſci pini.
Viſci abietis ana. ℔. j.
Viſci ex locuſtis de larice ℔. j. ß.
Larignæ ℥. iij.

Mixta liquefiant vnà cum olei & ceræ partibus æqualibus, ad emplaſtri compoſitionē ſuperponatur.

Conſolidatiuum.

℞. Ceræ, Picis communis ana ℔. ß.
Ariſtolochiæ ℥. iij.
Mummiæ. ℥. ij.
Antimonij ℥iiij.

Fiat emplaſtrum, quo manè & veſperi ligabis.

Aliud Conſolidatiuum.

Antimonij.ʒiiij.
Fiat emplaſtrũ,quo manè & veſperi ligabis.
Aliud conſolidatiuum
℞. Reſinæ abietis.℔.ß.
Viſci conſolidæ ℥.iij.
Succi chelidoniæ , quantum ſufficit ad emplaſtrum.
Lib. de apoſtematib.cap.iij.

Oculorum albuginis cura.

℞. Tutiam, & excandeſcere facias igne: prunarum inſtar, & extinguas iniectam lacti muliebri vel alteri ob eius defectum. Poſtea maceretur in aqua roſacea per noctẽ integrã, & demum ſuperligetur aqua hæc albugini, & tolletur ea.

Addi poteſt.
Ad eius in hũc modum præparatæ tutiæ.ʒ.j.
Vitrioli,albi ʒ.vij.
Camphoræ tritæ.℥.j.ß.
Miſceantur cum aqua roſarum,aut fœniculi .morbus hic contingere poteſt cæteris animantibus pedeſtribus.Verum ad vſum humanum eſt admiſcenda camphora,ne caloris aut flationis aliquod accidens incidat.
Lib.præparationum.de Tutia.

Oculorum rubedinis cura.

℞. Calaminaris ad ſcabiem præparati ℥.j.
Aceti

Aceti deſtillati ℥.vj.

Fiat extractio:poſtmodum exiccetur.

Addi poteſt.

Ad eius præparati ℥.j.

Aquarum fœniculi, roſarum euphraſiæ ana ℥iij.fiat collirium.

Lib.præparationũ,de Calaminari lapide

Oculorum collyrium, ad cataractas, neutas, item ad hæmoptoicam, & tremorem cordis.

℞. Granatorum deſtillatorum ℥.ß.

Aloe epatici ʒ.iij.

Sulphuris præparati.℥.ß.

Fiat mixtura cum ſaccaro clarificato.Doſis eius eſt ʒ.ij.vſque in iij.adminiſtretur quinque diebus ſucceſsiuis, & ceſſante pulſatione vel tremore cordis,etiam ceſſandum erit.

Lib.præparationum,De gemmis.

Oculorum cura contra maculas.

℞. Tutiæ, ℥.j. vitrioli albi, Succi euphraſiæ quod ſatis eſſe videbitur.Fiat ex his,cum gummi arabico,bolus qui coquatur in linimẽtum per ſecundum ignis gradum

Addi poteſt.

Ad huius præparatæ,tutiæ.ʒ ß.

Viſci ranarum ʒ.ij.

Olei laterum ℈.ß.

iat inde collirium ad maculas.
Lib.præparationum,de tutia.

Oculorum cura contra neutam & alios dolores ex partu.

℞. Vitrioli albi ʒ.v.
Olei de ſiligine ℥.ß.
Olei ex camphora ʒ.ij.

Putrefiant in equino fimo per menſem, & poſtea deſtillentur per deſcenſum.Neuta, pellicula eſt, naſcens in oculis,auribus,nonnunquam in vulua ex partu. Deſtillato hoc,aqua euphragiæ,roſarum, vel fœniculi, lymphato auferetur.

Addi poſſunt ad oculorum dolores exteriores.

Ad eius vitrioli præparati ℈.j.
Liquoris euphragiæ ℈.ij,
Liquoris papaueris rubei.ʒ.j.
Fiat collirium.

Olei ſiliginis formula.

Ponito ſiliginem ſuper laminam ferream excalefactam igne, & pinguedinem exhibebit oculorum doloribus aptiſsimam.

Neutæ alia cura.

℞. Vitrioli albi ℥.j.
Olei tartari ʒ.vj.
Olei laterini ʒ.v.
Deſtillentur omnia ſimul.

Addi

Addi poſſunt.

Ad eius præparati ℥.ß.
Liquoris hyoſciami ℥.ij.
Olei nucis muſcatæ grana vij.
Fiat collirium.
Lib.præparationum.de vitriolo.

Oleum ex auro parandi formula.

Poſtquam ab auro per acetum, vt ſupra, ſuccus fuerit extractus, bulliat quindecim diebus in digeſtione quæ ſequitur, poſtmodũ balneo ſeparetur & in fundo manebit oleũ ſpiſſum, quod aurum eſt permixtionis expers. Hoc vtere.

Digeſtionis corporis forma.

Accipe ſucci chelidoniæ.
Aquæ vitæ ana ℔.j.
Reſoluti auri vt ſupra ℥.iij.
Miſce omnia ſimul, & operare vt audiſti.
Lib.de contracturis. Tractatu.ij. cap.ij.

Oleum camphoræ.

Soluitur aqua forti, & ſupernatat oleum, hoc ſeparatum, vino ardente perfuſum, balneo maris digeritur, & igne deſtillatur.

Oleum ceræ.

℞. Ceræ nouæ ℔. ij. liquefiat, & calida infundatur in vinum generoſum, frigefacta eximatur, exprimatur manibus, rurſus liquata vino infunditur, exprimitur, idque ſepties. Tã-

dem liquatur,& ei manipuli tres fragmentorum laterum iniiciantur, vel puluerem eorum minutiſsimum potiùs,immiſceto, ac deſtillato ex cucurbita vitrea lutata,& obſtructa, lento primum igne donec phlegma totum aſcendat, quo ceſſante,mutetur recipiens,& igne parum aucto, liquor citrinus, & oleum verum ceræ promanabit. vbi guttæ turbidæ ſtillare cœperint,rurſus mutato recipiente totus liquor abſtrahatur. Triũ oleorũ ꝗlibet ſeruetur ſeorſum.

ad vlcera manantia

Oleum ferri.

Soluantur eius limaturæ in calcem vel puluerem aquâ forti, quâ abſtracta pluuiali diluantur ab acrimonia prorſum. Exiccatæ calci affundatur acetum deſtillatum, & balneo maceretur ad ſolutionem. Poſtmodum deſtilletur & aliud affundatur, digeratur, & abſtrahatur vt prius toties donec materia in fundo reſideat inſtar olei, quod ad vlcera manantia, & alia quæque præſtantiſſimum eſt remedium.

Oleum Iuniperi.

Baccæ contundantur in pultes, & pro ℔. qualibet earum affundatur aquæ fontanæ menſura, macerétur vnà diebus tribus vel quatuor. Poſtmodum ex ænea veſica deſtillentur aqua & oleum ſimul, igne lento primũ, auctiore tandem, vſque dum olei nihil amplius profluxerit. Quum videbitur liquoris tantùm fluxiſſe,

xiſſe, quantũ aquæ prius appoſitum fuit. Ceſſandum erit, & oleum ab aqua ſeparandum ad multos vſus & morbos valde præclarum. E fæcibus ardens aqua deſtillari poterit, æque præſtans atque ex fęcibus vini ac magis.

In vaſe ligneo tectæ ſinantur quieſcere diebus. 15. vt ferueſcant, quotidie agitãdo rudicula. Tandem è veſica deſtilletur vinum ardens vt ex vino vel fæcibus eius.

Oleum mellis.

Mel cum fauis digeritur equino fimo, vaſe fictili contentum, donec a melle ſeparetur innatans melli. Ablata, ſilices minutiſſimi in mel iniiciendi. Poſtea per cucurbitã deſtillatur, primò aqua acida, deinde oleum, ad vulnera curanda, & ad podagricos dolores mitigandum, idoneum, & optimum remedium.

Oleum ſalis viride.

Sedatiuum Dolorum Podagræ

℞. Salis communis ℔.iij.
Ocræ ℔.vj.
Salis nitri purgati ℥.xij.

Mixta deſtillentur in ad modum olei vitrioli eiſdem organis, & proceſſu. deſtillatum rurſus ex cucurbita vitrea deſtilletur in cineribus ad ſeparandum phlegma. Cum oleo terebintinæ ceræ, verbaſci, vel camemillino mixtum ſedat in podagrã dolores.

Oleum

Oleum ex Saturno.

Plumbum in calcem flauam calcinatur, & aceto deſtillato perfunditur, vt ſupereminceat digitis iij.latis. Coquitur ad ignem poſitum,& depoſitum ſubſidere ſinitur,effunditur clarum acetum,& recens affunditur,iteratur hic proceſſus donec omnis dulcedo plumbi in acetum tranſeat. Collectum hoc acetum dulce balneo maris deſtillatur,in fūdo manet purpurea materia dulcis. Perfundatur aquâ cœleſti deſtillata, bullire ſinuntur,vſque dum alba ſpuma ſuperius innatet, quæ colligatur,tum demum igni appoſita materia bulliat,ſpumamque rurſus albam quum emiſerit,ad aliam collecta reponatur,idque toties donec ſpumare deſierit materia fundi purpurea, quæ tandem abiiciatur. Albæ ſpumæ collectæ rurſus balneo maris à reſiduo ſiccentur aceto,in materiam albam fundo ſubſidentem. Hæc iterum aquæ fortis affuſione ſoluetur, & per balneum abſtrahetur aqua,recenti rurſum affuſâ, quæ vt prior detrahetur, hoc ter quaterue facto, materia ſubtilior & albior euadet. Huic iterū affundetur aqua cœleſtis,& per balneum abſtrahetur, idque, quinquies aut ſexies donec tota acrimonia receſſerit à materia ſaleque Saturni. loco humido per fluxionem reſoluitur in aquā vel oleum,ad omnia vitia.

Oßium fracturarum cura.

Symphitum tritum & coctū ſuperpoſitum,

curat

curat oſsium fracturas.

Idem efficit Ariſtolochia. & Serpentaria, herba vulneraria quæuis.

Efficacius idem præſtat herba Sophia dicta cruda vel cocta ſuperpoſita. Hoc ipſum effi-ciunt olea, vnguenta, vel emplaſtra vulneraria ſtictica.

Chirurg. mag. Partis j. lib. iij. cap. iiij

Panatij aut verrimis cura.

Panaritius aut vermis oritur ex materia per-cautè, ex qua naſcuntur vngues, centrumque ponit in locuſtis, vt digitis manuum pedũque.

Cura triplex: vna fit per caracteres, vt fieri conſueuit in carinthia: ſecunda per ſuperſtitio-nem: tertia, naturalibus medicamentis, vt vn-guento narcotico facto ex ſpermiolo ranarum quo madefaciat ſacculus, in formã digiti con-ſutus induaturque, & ſæpius madefiat, &c.

Chirurgiæ Paruæ lib. iij. cap. iij.

Panaritij Pandalitij, vel Paſſæ cura.

Refrigerio per ſpermiolũ ter quaterue facto porcorum ſtercore cum aceto cocto curare poteris.

Lib. de Apoſt. cap. xvij.

Panni

Panni in cute cura

Accipe florum fabarum. ℥. ß.
Calcis ouorum. ℥. ij.
Salis peregrinorum. ℔. j.
Aquæ conſolidæ.
Alcool vini ana. ℥. xv.

Deſtilla per alembicum, hac aqua lauetur pannus cutis, & fiet albior, quam cætera cutis exiſtat.

Alia tinctura.

♃. Aluminis plumoſi.
Sciſſi ana ℔. j.

Deſtilla & addas aquæ huic caphuræ. ℥. ß.
Sigilli Salomonis. ℥. ij.

Rurſum deſtilla in aquam, & laua.
Lib. de Apoſt. cap. xliij.

Paralyſis, tremoris cordis, & ſynthenæ cura.

♃. Auri puri & purgati à ſuis mineralib. ʒ. ij.
Aquæ ſalis gemmæ. ℥. vj.

Reduc in vnum, & ſepara per alcool vini. Poſtmodũ addito croci. ʒ. ij. alcool correcti. ij. vj. ʒ. Miſceantur, Doſis eſt à granis. iij. in iiij. vel. vj.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati. ℈. j.
Aquæ lauendulæ correctæ.
Alcool vini atque ſpiculæ, ana, ℥. j.
Doſis eſt. ℈. j.

Lib. præparationum de Auro.

Paralyticorum morborum, Guttæ hemiplexiæ, & ſpecierum cura.

℞. Radicis ellebori præparatæ vt pro podagra, & Epilepſia reperies, ʒ.ij. purga ſæpius ter aut pluries patientem, ea doſi per vicem. Tandem ad curam progredere, per animam ab eſſe animato tractam (puto Balſamum ellebori, de quo ſuo loco) eo quod remanet, vngatur tota corporis paralytica pars, & ſi cutis vnctionibus auellatur, nõ eſt quod cures. progredere, donec patiens tres gradus caliditatis ea parte ſentiat. Poſtmodum eſſe ipſo animato coniuncto, vngendum erit vſque ad terminum tertii gradus mobilitatis. Tandem ad completam curam vtendum eſt naturalibus thermis per ſe, confortatiuis, & calefactionibus.

Libello præparationum, de Elleboro.

Peſtis curatio.

Sume bufonẽ vel plures, quos acuto perfoderis baculo viuos, & ſub vmbra exiccari per ſe ipſos ſinito. Occurrentę neceſſitate, ſuper peſtilentem carbonem vnum delicato linteolo inuolutum ſuperligetur, & inflammabitur imbutus peſtifero veneno quod ad ſe trahet om-

ne, ſi vno ſatis non ſit, alterum adhibeto vel plures donec non inflentur amplius; ſignum erit extracti veneni. Si tamen apoſtema fuerit apertũ efficaciùs erit remediũ, ſin minùs attractio nihilominus fiet. Curetur inde Oppodeltochis & ſticticis, attrahentibuſque vnguẽtis.
Lib. de vermibus cap. iij.

Peſtis Epidimicæ cura,

℞. præparati maximi mercurii granũ.j.ß.
Theriacæ alexandrinæ.℈.j.
Arcool vini rubei, in quo prius apiariũ herba, vel melitena macerata fuerit ℥.ß.
Decocti prunellæ ℥.j.valerianæ.ʒ. vj.
Miſceantur & fiat potio, quæ venenum extirpat, eſtque medicamentum diaphoreticũ ad excitãdos ſudores ægris optimè coopertis.
Addi poſſunt in augmentum virtutis & efficaciæ,
Ad eius potionis ℥.ij.
Liquoris orizontis, ideſt, auri.
Gemmarum ana ℈.ß.
Aquarum deſtillatarum, fumariæ,
Cichorij, chamædrios ana. ʒ.iij.
Alcool vini rubei ℥.ß.
Fiat potio diaphoretica.

Peſtis & pleureſis cura.

℞. Sulphuris viui.℔.j.
Cholocotris, Salis fuſi ana.℔.j.

Trita

Trita reduc in eleuationem, & ſublimatum rurſus eleua quater aut pluries:quo ſæpius,eo melius,&c.

Addi poſſunt.

Ad ſulphuris eleuati ℥.ß.
Olei nucis muſcatæ.ʒ.j.
Aquæ veronicæ præparatæ ad pondus omnium,fiat hauſtus.
Lib.præparationum,de ſulphure.

Phlegmonum cura,mundificans.

Accipe oleorum ouorum.℥vj.
Camemelini.℥.j.
Serapini,Galbani ana ʒ. vj.
Viſci de abiete vel pino ad pondus omnium.
Farinarum hordei.
Fabarum ana,quod ſat ſit ad fingendũ vnguentum. Mel roſaceum & aquam ſalis ſimul commiſceto,hocque liquore manè& ſero lauabis
Lib.de Apoſt.cap.lij.

Pleureſis cura.

℞. Salis nitri ℔.ß.
Tartari crudi.℔.j.
Deſtilla per ſextum alembicum. Doſis eius eſt.℈ j.vſque ad℈.j.ß.in aqua fontana limpida vel in optimo vino, ter quouis die , manè ſub

meridiem,& veſperum propinetur,& ſub mediam noctem.

Addi poſſunt

Ad eius præparati.ʒ.ij.
Aquæ cæſaris aut regis ℈.j.
Alcool vini exiccati ʒ.xv.
Fiat mixtura.doſis eſt a ʒ.ß.in ʒ.j.ß.
Lib.præparationum,de ſale nitri.

Plumbi,Saturniuè Balſamum vel oleum.

Ex cineribus iſtius,per acetum deſtillatum ſpiritus eruitur.Quæ dulcedo poſtquam in oleum deuenerit ad vlcera nedum, ſed etiam ad apoſtemata,& vulnera ſummum eſt remedium.
Chirurgiæ paruæ lib.ij.ca. vij.

Podagræ cuiuſuis cura.

℞. Maximi præparati mercurij ʒ.ß.
Aloes optimæ lotæ, aqua deſtillata ex cham epitios ʒ.ij.
Antimonij reuerberati.℈.j.
Croci martis è calybe correcti.ʒ.ß.
Moſci recentiſsimi grana iiij.
Ambræ fuluæ grana iij.
Fiat maſſa cum eſſentia ſtęcados maſſilienſis in qua grana v.aut vj.olei vitrioli fuerint infuſa.

fuſa. formentur pillulæ piſorũ inſtar, & à quinto vel ſexto ſemper interpoſito die, detur vna deglutienda. Poſtea locus dolens inungatur oleo ceruino calido, cuius formula hæc eſt.

℞. Sanguinis ceruini, tres cantaros. Deſtilla per alembicum igne lento tantiſper, donec phlegma totum aſcenderit, & color citrinus, tandem puniceus videatur, per athanor igne vehementiſsimo tamdiu pellatur, donec olei nihil amplius aſcendat. Poſtremo deinceps ignis gradu ſublimetur, ſublimatum fracto vaſe colligetur, & cum oleo dicto miſceatur, eoque partes dolentes, aliquot ſeptimanis poſt purgationem perungātur. Vinum quod patiēs bibet, cum radicibus cariophillatæ, & acori vulgaris, dum herbæ virent adhuc, efferuere & expurgari debet. Hoc proceſſu dolores podagrici tolluntur à radice prorſus.

Podagræ cura, & ſpecierum eius.

℞. Radicem ellebori nigri, eam tamen, quæ ſit euulſa luna deficiente, in ſigno libræ, & ſub planeta veneris, & flatibus venti Borealis ad vmbram exiccetur, & pulueretur. Doſis eſt ʒ.ij tribus diebus ſucceſſiuis priuſquam dolores percipiantur, (quod à dolore dentium capitis oculorum, aurium, &c. cognoſci poteſt) purgatur patiens eo remedio tantum, vt ad curam ſuſcipiendam fiat idoneus. antiqui ſæpius purgare ſoliti ſunt, & abſque additione. Verum e-

go Paracelſus correctionem per additiones bonam & vtilem eſſe comperi, vt ſequitur, ad curam. Hactenus de purgatione podagræ auditum eſt. Ad curam progrediendum erit per eſſentiam ſpecificatam, vitrioli, & tartari, de qua ſuo loco dicetur. His medicamentis omnia membra penetrantibus, radix euellitur podagrica.

Libello de præparatione ellebori.

Polipi cura.

Vt in alcola cura fieri debet inciſio ne, & curatione per Oppodeltoch.

Lib. de Apoc. cap. xx.

Porrorum cura.

Accipe oleum ex baccis Iuniperi.

Beſonnæ, agarici ana ʒ.j.

Fellis bouis, quantum ſatis erit pro vnguẽto, vnge dies & noctes linteoloque ligato: quanto ſæpius, tanto melius exiccantur, & nigreſcunt. Cura poſtmodum per Oppodeltoch

Alia cura.

Accipe realgaris, ℈.j.

Olei vitellorum ouorum ℥.ß.

Calcis extinctæ quantùm ſufficit in vnguẽti formam, quod poros putrefacit in nigredinem.

Lib

Lib.de Apoſt.cap.lx.

Potiones vulnerariæ quædam, hauſtæ manè, & veſperi, vulnera perſanantes intus & extra.

℞. Herbæ de cornubus cerui.M.vj.
Pirolæ
Conſolidæ aureæ.
Ariſtolochiæ.
Parthenionis ana M.j.
Agrimoniæ.M.ij.

Ponantur omnia in vinum optimum & recés, in quod ingerantur, equini fimi calore innouato, digerique finito, idque tertio, per mediam hyemem, ab vna in ſex mẽſuras, hac via conficies ſimul.

Alia.

℞. Ceruiſiæ recens coctæ, menſuras xx.
Succi herbæ de cornibus cerui, menſuram.j.

Simul digerantur, vt ſupra.

Alia.

℞. Ciceræ mellis recens coctæ menſuras xxx.
Serpentinæ.
Agrimoniæ ana M.iiij.
Parthenionis M.vj.

Digerantur vt præcedentia.

Alia.

Suprema potio vulneraria, fit ex ſucco de cornubus cerui deſtillato, cuius hauſtus coclear ſemis,& præterea nihil bibatur amplius eo ſanatur vulnus fœliciter. Vide ſi quid excellentius habeas,hoc adfer.

Chir.Paruæ.lib.j.cap.iij.

Potio vulneraria.

Accipe Pyrolæ manipulos.ij.
Ciclaminis,Saniculæ ana.M.j.
Alchimillæ.M.ß.

Coquuntur in duabus menſuris vini, iuxta communem vſum. Adminiſtretur in potum manè & veſperi.Verum herbas à quibus decoctionem elixaſti, ſuper vulnera ligabis,admixto pauco ſale.

Caue ne interim aliis medicamentis vtaris.

Lib.peculiari de vulnerum cura. cap.j.

Potio contra hydropiſim.

℞. Croci Martis è calybe optimè reuerberati, ʒ.ß. liquoris orizontis grana. iiij.
Olei nucum muſcatarum grana.v.
Aquæ veronicæ ℥.iij.

Commiſceantur & fiat potio, quæ ſanguinem emendat.

Præcipitatus mercurius.

Soluitur in aqua forti, facta ex ij.partibus vitrioli

vitrioli, & j. parte ſalis nitri, mercurius æquali cum aqua pondere inter cineres. Poſtea per arenam aqua paulatim abſtrahatur donec puluis in fundo maneat ſiccus & rubicundus. Exemptus trituſque in tigillo ſenſim inter prunas calefiat & affuſo ardente vino rectificato, accenſo, aduratur aliquoties· Tandem aqua roſarum abluatur & ſiccetur. Poſtremò ardẽte vino vt prius ſuper ipſum accenſo, rurſus vratur, ſiccetur, & ſeruetur.

Profluuij cura.

℞. Argenti limati. ℥. j.
Reduc in calcem per aquam fortem.
℞. calcis iſtius. ʒ. ij.
Tartari crudi. ℥. ß.
Reducantur in quarto gradu & extrahatur alcali,

Deſcriptio aquæ fortis iſtius

℞. Nitri, Aluminis, vitrioli, ana ℔. ß.
Deſtilletur in aquam fortem.
Lib. præparationum de Argento,

Pruritus, Scabiei, fur furum &c. cura.

Accipe aluminis rupei. ℔. j.
Aluminis Iameni. ℔. ß.
Fiat mixtura pro ſcabie.

Alia

Accipe aluminis plumoſi.
Entali ana. ℔. ij.
Fiat mixtura pro pruritu.

Alia.

Alia

Sume vitrioli,
Aluminis ſciſi ana. ℔. ß.
Fiat mixtura in Sapharis.
Lib. de Apoſt. cap. xxxvij.

Pulueris ad vulnera compoſitio.

℞. Croci martis.
Croci veneris.
Croci ſaturni ana.. ℥. ß.
Mercurii dulcis. ʒ. ß.
Fiat puluis.
Chirurgiæ Paruæ lib. j. cap. iij.

Puſtularum ex ydropiſi cura.

℞. Liquoris tartari. ℥. j.
Vitrioli. ℈. ß.
Aquilæ liquefactæ gran. xv.
Mixta propinentur ægro.

Puſtularum podagricarum cura.

℞. Mummiæ verſæ. ℔. ß.
Axungiæ vulpis. ℔. j.
Fiat vnguentum per ſe, & vngantur biduò partes affectæ.

Deinde.

℞. Liquoris hermodactilorum.
Ellebori foliorum ana ℥. ß.
Aquilæ hæmatini grana. vj.
Manè bibat æger, quinto quoque die, & vnguento præſcripto vngendum.

Puſtularum ex catharro cura.

℞. Auri ſoluti. ℈. j.
Mercurij corporalis hęmatini, ex ſaturno tracti, grana vj.

Mixta quinto quoque die exhibeantur, idque tribus vicibus, ad expurgationem corporis. Iterum tamen ad confortationem & corroborationem debilitatæ naturæ exhibeatur ladanum Paracelſi, vel perlæ, in aqua vitæ.

Catharroſa cura.

℞. Cariophillatæ compoſitæ, id eſt, aquæ ex benedicta deſtillatæ, in formam aquæ vitæ ℈. ij. Mercurij corporalis ex luna grana v.
Mixta ſeptem diebus exhibeantur.

Ictericiæ, ex morbo venereo, cura.

℞. Aſſaliorum. ℥. vj.
Mercurii martis hæmatini. ʒ. ij.

Vitreo recondita ſinantur donec in oleitatem abeant. Poſtea colentur per pannum ſubtiliſſimum. eius colati guttæ iij. in v. aut vj. in ſorbili exhibeto.

Puſtularum ex Gonorrhea cura.

℞. Balſami mummiæ. ℥. ß.
Mercurii veneris. ℈. j.

Permiſceantur & cum aquæ raphani maioris ℈. j. exhibeātur, tamdiu donec nullus fœtor, nulla ſanies, & nullus ſanguis per vrinā effluat.

Morbi venerei ex caduco cura.

℞. Sanguinis ſeparati. ℥. j. vel.

Olei

Olei Camphoræ. ℈. j. aut.
Liquoris vitrioli. grana.v.

In iſtorum vno vel altero. Mercurii corporalis, grana. iiij. exhibeantur.

Puſtularum menſtrualium cura.

℞. Liquoris auri. ℈. j.
Mercurii Iouis liquefacti grana. xv.
Liquoris Meliſſæ. ʒ. iij.

Cōmixta ſimul digerantur diebus octo, & iſtius mixturæ grana iij. ſingulis diebus manè in aqua pulegii exhibeantur. hoc medicamento fluxus nimius reſtringitur, ſiſtentes euocantur, & color genius reſtituitur ægris.

Puſtularum ex variis morbis cura.

℞. Eſſentiæ vini de chelidonia. ʒ. ß.
Mercurii ſaturni hæmatino more præparati. ℥. j. &. ℈. ß.

Exhibeantur altero quoque die.

Puſtularum ex genere cura.

℞. Olei realgaris quantum ſufficit, Vngātur puſtulæ, ſingulis diebus ter quaterue, & citra cicatrices decident. Oleo Saturni vel Mercurii, etiā illitæ cicatrices eiuſmodi diſparēt.

Chirurgiæ magnæ Partis. iiij. Lib. viij. cap. ij. iij. iiij. v. vj. vij. viij. ix. x. xj.

Quintæ

Quintæ Auri eſſentiæ forma.

Auri quantum voles accipe, cemento regali tamen, vel antimonio repurgati priùs, cui per aquam ſalis, metallicam proprietatem aut malleationem auferas. Poſtmodum ablue reſidentiam aquâ dulci. Tandem extrahe tincturam eius per ſpiritum vini. Poſtremò ſpiritum ab eâ per eleuationem, ſeparato, manebit in fundo vaſis, eſſentia quinta.

Aquæ ſalis formula.

Accipe ſal mundiſſimũ & albiſſimum naturâ non arte factum, tritum, & liquefactum aliquot vicibus, ac rurſus tritum, necnon ſucco radicum raphani mixtum atque ſolutum deſtillabis. Iterum cum ſanguineæ dum viridis eſt, æqualibus ponderibus admixtum, quinquies deſtillato. In iſto liquore laminatum aurum ſoluitur in puluerem de quo ſupra meminimus. Abluatur aquâ limpidâ deſtillata ſæpius, donec omnis ſalſedo recedat, facilè ſeparatur, quia non permiſcetur auro in profundo Quapropter ablato corroſiuo, manet aurum per ſe ſolum vt oportet.

Spiritus vini forma

Vini quantum voles, rubei potiùs quàm albi, in vas circulatorium ſatis amplum recondes, vt meliùs rotetur, & in balneo maris ad vini profunditatem immerſum, dies quadra-

ginta bulliat. Poſtmodum effuſum in cucurbitam, deſtilla frigidè donec ſpiritus exeat. Cætera quære ſupra vbi de Tinctura Auri ſcripſimus, ex libro tertio, chirurgiæ magnæ, partis tertiæ tractatus primi, capitulo ſecundo. Nec piguit iſta hoc loco repetere, quòd ipſemet Paracelſus diuerſis locis inculcet, diuerſimode, quò melius intelligantur, tum quod omnium excellentiſſimũ ſit remediũ in omni medicinâ.

Lib. de contracturis tract. ij. cap. ij,

Ex archidoxorum lib. 4

Quintarum eſſentiarũ extractiones, & primò ex metallis.

p. 143

Metallum in aquam reſoluatur, diſſolutum deſtilletur per balneum, & abſtrahatur per putrefactiones tamdiu donec in oleum conuertatur. hoc oleum è cucurbitulis paruis deſtilletur per alembicum, & pars vna metalli manebit in fundo. hoc reſiduum ex metallo rurſum in oleum adducatur vt priùs, ac deſtilletur, idque tamdiu donec omne metallum aſcenderit. Poſtea putrefiat iterum per menſẽ. Tandem igne lento rurſum deſtilletur, & vapores omnes aſcendent atque deſcendent in vas recipinẽs, quos amouebis, appoſito alio recipiẽte. Poſtmodum aſcendent obſcuri duo colores, vnus albus, alter verò iuxta metalli naturam & conditionẽ. Et quum aſcenderint, omnino ſeparabuntur in recipiente, ſic vt eſſentia quinta manſura ſit in fundo, & color al-

bus

bus corporis natabit ſuperius. Iſta duo ſeparato per tritoriũ & eſſétiã quintã in alterã phialam reconde per ſe, cui vinum ardens affunde purificatum, & maneat cùm ea tamdiu donec penitus acuatur. Poſtea coletur vel ſeparetur ab eſſentiâ quintâ, & recens vinum ardens iterum affundatur: hoc toties feceris donec acuitatem nullam percipias amplius. Tandem aquam bis deſtillatam affundas, quâ quidem abluatur, & ad ſuam dulcedinem adducatur, tum ſerua. Hac via præparatur eſſentia quinta metallorum. Album ſi reduxeris, habebis inde malleabile corpus album & metallicum, ꝙ cognoſci nequit, ſub quâ ſpecie contineatur.

Quinta eſſentia marcaſitarum.

Proceſſus noſter ac modus extrahẽdi quintam eſſentiam ex marcaſitis, eſt per omnia ſimilis ei qui de metallis. Quod verò dicamus, quintam eſſentiam eſſe rerum ſuarum vires, ac virtutes ſupremas, etiam de arcanis magiſteriis, elixiribus, &cæt. Proferamus id ipſum, cùm iſta maiora ſint illis: ratio hæc eſt, quia arcana continent in ſe quintas etiam eſſentias & vltra ſunt ad tantam ſubtilitatem & acuitatem adducta, vt virtutem per hoc accipiant eſſentiâ quintâ longè maiorem, propter eorum appropriatum, & ſpecificum

n. p142.

Accipe marcaſitæ cuiuſuis minutiſſimè tritæ. ℔.j. Corrodentis aquæ ℔.ij. Simul permixtæ,

tæ,maneant in digeſtione duobus vel tribus menſibus. & reducentur in liquorem : hunc deſtillabis omnino per ignem , & aſcendent vapor & oleum,quæ vnà putrefiant in vno vẽtre per menſem. Poſtea deſtilla ſicut metalla, duo pariter vt in illis colores aſcendant, albus vnus alter eſſentiæ quintæ. Album relinque, niſi foret ex albâ marcaſitâ, vel ſtanneâ , tum à ſpiciſsitudine cognoſcas vnum ab altero.Inferiorem accipe , quem ad ſuam dulcedinem adducas,vt ſupra de metallis.Ad hũc modum extraxeris quintam eſſentiam à marcaſitis,abſque virium virtutumque ſuarum vllâ corruptione.

Quinta eſſentia ſalium

Acceptis ſalibus , calcinabis optimè, ſi volatilia ſint,adures tantum. Poſtmodum reſoluantur in tenuitatem , & in aquam deſtillentur. Aquam hanc in putrefactionem ponito, per menſem & per balneum deſtillato, aſcendet aqua dulcis,quam abiice.Quod aſcendere noluerit amplius,iterum in digeſtionem ponas per menſem alium deſtillaque vt priùs, ac toties donec ampliùs dulcedo nulla percipiatur,ſed ſalſugo.Hac via habebis quintam eſſentiam ſalis in fundo ex aduſta libra , vix duas vncias. verum alio modo procedendum cum alumine,& vitriolo, quod iſta calcinari ſe non permittant ad fluxum, quo ſalia ſunt adducẽ-

da

da. Quapropter, poſt eorum calcinationem, eſt quod aduras illa, & reſoluas iuxta practicæ ſuæ tenorem. Reſolutis aquas iterum affunde quæ proceſſerunt ab eis, de cætero ex proceſſu dato de ſalibus progredere.

Quinta eſſentia ex precioſis lapidibus, gemmis, & vnionibus.

Accipe gemmas, margaritas vel vniones, & in fragmenta craſsiuſcula, non in puluerem cõtuſa, ponantur in vitrum affuſo radicis aceto, vt quatuor aut quinque digitis ſupereminea͂t latis, & equino fimo digerantur per menſem integrum. Quo tempore tranſacto, materia tota liquida futura eſt. Hanc alio recenti radicato lauabis aceto, perturbatoque ſimul mane͂at vt acetum lapidis colorem in ſe recipiat coloratum, in vitrũ effundes, & ad materiã reſidentem aliud acetum affundes, idque toties donec amplius non coloretur acetũ. Coloratis cõtinetur eſſentia quinta, reliquum eſt corpus. Accipe colores & in ſiccitatem bullire ſinito: poſtmodum aquã deſtillatã ſæpius abluito, vſque dum dulcis fiat, vt ſupra: tandẽ puluerem hunc ſuper marmor ſolui ſines in liquorẽ qui gemmarum & vnionũ eſt quinta eſſentia. Colores vnionum reſolutorum, inſtar ſpiſsi lactis, & corpus arenoſum & viſcoſum eſſe ſcito. ſic de Criſtallo, &c.

Quinta eſſentia ardentium.

Ardentia corpora ſunt non comeſtibilia, picem, oleum, aut reſinam in ſe habentia, vt terebintus, abies, iuniperus, cypreſſus, & quæ vſtioni ſubiecta ſunt.

Accipe ſimilia, quæ trita repleant ollam fictilem, fortem, vitreatam, coopertam, ac luto ſapientiæ munitam ne reſpiret, & igne circulatorio per viginti quatuor horas vrito, & in æquali calore maneat, olla candente prunarũ inſtar ab igne, poſtmodum tracta materia nutricetur in fimo ſeptimanis quatuor. Poſtea deſtilletur quicquid aſcendere volet. Hoc in equino vẽtre ponatur ad humiditatem ab eo totam deſtillandam, & rurſus ad putrefiẽdum vſque dum nulla humiditas amplius exeat: eius tandem quod acceperas, eſſentia quinta manet in fundo.

Quinta eſſentia ex creſcentibus.

♃. Herbas, frondes, &c. contundantur optimè, & vaſi ad hoc apto recondita, ponantur in fimum equinum ſeptimanis quatuor, poſtea deſtilla per balneum, & iterum ponantur in fimum equinum diebus octo, rurſuſque per balneum maris deſtillentur. Aſcẽdet eſſentia quinta per alembicum & corpus manebit in fundo. Si quæ ex eſſentiâ quintâ reſtitiſſent in fundo, cum fęcibus, putrefiant vt prius ac deſtillentur ad aquam deſtillatam addatur creſcens iterũ

hoc, &

hoc & per pellicanum digeratur diebus ſex, inde proueniet color ſpiſſus, quem per balneum maris abſtrahes, & recedet corpus, in fundo quintâ eſſentiâ manente. Separa hãc iuxta retortorum proceſſum, (alias) preſſorium, à fæcibus, ac finito quintam eſſentiam digeri diebus quatuor. Ad hunc modum habebis eam in odore, ſucco, virtutéque perfectam, & ſpiſſa ſubſtantia.

Quinta eſſentia aromatum ſeu redolentium.

Accipe muſcum, zibetam, camphoram, & ſimilia, permiſceantur oleo amigdalarum dulcium, & vitro recondita, digerantur ad ſolem ſuo tempore, donec in paſtã reducta ſint. Poſtmodum á ſuis fæcibus exprimantur. Ad hunc modum ſeparatum eſt corpus à quintâ eſſentiâ, quæ oleo permixta, ſic ſeparabitur.

Accipe vinum ardens rectificatum, quo perfundatur oleum dictum, & in digeſtione dieb. ſex relinquantur. Poſtmodum per cineres deſtillentur, aſcendet vinum ardens, & eſſentia quinta cum eo, remanet oleum in fundo, ſine quauis eſſentiæ quintæ ſubſtantiâ. Poſtremo deſtilletur vinum hoc ardens per balneum maris, & in fundo manebit eſſentia quinta in olei formâ ſeparata.

Quinta eſſentia ex comeſtibilibus, & potabilibus.

Accipe comeſtibile conſciſſum minutiſſimè, quod in cantharo clauſo lutatoque bulliat per tres dies. Poſtea per lintheum aut ſetacium exprimatur, ac per balneum maris deſtilletur. Aſcendit primò quædam aquoſitas, quæ poſtquam tota aſcenderit, in fundo relinquetur eſſentia quinta. Hoc eſt ſummum nutrimentum præ cæteris omnibus.

De potabili.

Accipe quoduis potabile vt eſt cũ totâ ſuâ ſubſtantiâ, hoc pellicano reconditum, equino fimo digeratur per menſem, melius tamen erit per annum aut amplius, & inuenies in pellicanum digeſtum quid, hoc ipſum per balneũ ſeparato poſtmodum per cineres, & poſtremò per ignem. Ad hunc modum habebis tres quintas eſſentias, quæ omnibus potabilibus inſunt, multis de cauſis vti de generationibus ponimus eorum. Quælibet ſeruetur vitro ſeorſum, duæ poſteriores latius digerantur, & in balneum maris ponantur, aſcendet plus quintæ eſſentiæ prioris: idipſum toties facito, donec prioris nihil amplius aſcendat. ad hunc modum optimè ſeparatæ ſunt,

Lib Archidoxorum, de quinta eſſentia

Ragadiorum

Ragadiorum in orificio vuluæ & in ano, Cura.

Peſſarium.

Accipe aloe ſuccotrini ℥.j.
Radicis Ariſtolochiæ rotundæ.℥.iij.
Terebinthinæ lotæ quantum ſatis eſt,
Fiat peſſarium ad ſufficientem longitudinē.

Aliud peſſarium.

Sume therebintinæ lotæ ℥.vj.
Albi greci ℥.j.
Ceræ ℥.ß.
Puluerum agrimoniæ,
Conſolidæ.
Pyrolæ,&c.quantum ſufficit pro incorporatione,fiat peſſarium.

Sparallij deſcriptio ad vuluam.

Accipe muſcilagnis pſyllij.℥.j.
Olei amigdalarum amararum.℥. iij.
Succi florum Tapſy ℥.vj.
Fiat ſparallium, in quo lintheum eiuſdem longitudinis, cuius ragadia fuerint, intingatur & indatur,maneat horas tres, poſtea ruſſum intingatur indaturque.

Puluis ad ragadia & ad hæmorroidas,

℞. Mummię.℥.j.
Laccæ rubeæ ℥.ß.
Pulueris arantiorum.

Antimonij ana ℥.ij.chimoleæ ʒ.j.ß.
Cachimiæ ʒ.v.Fiat puluis.
Lib.de apoſt.cap.xlvj.

Ranulæ cura,

Ranula eſt apoſtema quoddam ex venis, quæ ſub lingua ſunt accumulatum, & ex radice linguæ ſumens originem. *Cura*
Venulę dictæ ſecentur,& ex eis effluat ſanguis. Poſtmodum abluantur optimè, aquis Braſſatellæ,alchimillæ,diapenſiæ,agrimoniæ, &c.vel oleo ypericonis,aut oleo de floribus Centaureæ.Si rediret,eadem iteretur cura.Si parua ſit ranula,ſæpius abluatur aquis,&c.
Chrirurg.Par.lib.iij.cap.iij.

Sanguinis è vena profluentis cohibitio

Hæc ſunt quæ ſanguinem ſiſtunt.

Crocus martis ſubtiliſimè reuerberatus.
Aes vſtum vt crocus præparatum.
Farina quæ parietibus molendinorum adhæret vulneribus inſperſa, donec ſanguinem impaſtent.
Pili ſub cauda leporum naſcentes.
Muſcilago in capitibus mortuorum orta.

Carneolus

Carneolus manu contentus, vel ad collum ſuſpenſus.

Cineres ex ranis aduſtis.

Lapis hæmatites.

Lana quæ fuerit in cortice nucis longo tempore ligata, compreſſaque.

Vena quæ per iſta non reſtringitur, & potiſſimum per priora, difficilis & periculoſę compreſſionis erit: niſi poſteaquàm iuſtum pondus effluxerit. Notandum itaque ſanguinem à vulneratis ob cholerã abundantiſſimè fluere, qui ſiſti non poteſt vllo remedio, niſi ſedata cholera, & ſi qua vi ſiſtatur, metuendum ne intus in corpore cogatur fluere: quod periculoſiſſimum erit. Expectandum igitur, donec ſymptomatum quorumcumque ſedatio naturalis aduenerit.

Expoſitio.

Iam occurrit occaſio tractãdi furni ad calcinata reuerberatáque paranda. Struuntur binæ fornaces, in formam earum in quibus coqui panem aſſuetum eſt, aut paulo depreſſiores intrinſecus, inter quas, alia conſtruitur intermedia, ſed pede inferior, cum craticula, in qua ſtruitur ignis flammans ex lignis admodũ ſiccis, vt flamma reſpiraculũ in ea fornace nõ habeat, ſed in lateralibus per ſpiracula quædam vt flamma circumcirca vaſa materiam continentia, reuerberet, per ſpiracula alia ab altera parte fornacis lateralis vtriuſque, aliter non intraret flamma, neque calor. Vaſa ma-

teriã cõtinẽtia nonnunquam aperta ſunt abſque aliquo tegmine vel cooperculo, maximè quum calcinanda vtcunque fixa exiſtunt & non prorſum volatilia: quæ poſteriora contegi volunt, ac ad commiſſuras lutari ne reſpirent. Ignis ille continuandus eſt, vſque dum eiuſmodi materialia cremata ſint, in ſubſtantiam leuem, atque ſubtilem.

Chir. mag. partis.j. lib. ij. cap. 10.

Sanguinis repreſſio in vulneribus per marcaſitam.

℞. Larcaſitæ ſubtili modo tritæ. ℥ij.
Olei lini. ℥. vij.
Miſce & accende: ſic manebit vera natura.

Addi poteſt.

Ad huius Marcaſitæ. ʒ. j.
Coralliorum rubeorum. ʒ. ß.
Seminis plantaginis. ℥ ß.

Fiat ex iſtis omnibus puluis ſubtilis, qui per ſe vulneribus inſpergatur, vel aceto roſaceo permixtus ſuperligetur, & ſanguinem ilico ſiſtet. Si verò quisſputarit ſanguinem ob caſum, ex eo bibat.

Lib. de præparationib. de marcaſita.

Sanguinis profluuij cura cùm in ventre, tum in hæmorroidibus.

℞. Entali, Tartari communis ana. ℥.ij.

Carabe

Carabe, Maſticis ana. ℥. ij.ß.

Reuerberentur ignis gradu ſecundo , poſt-modum extrahatur alcali.

Locus vētris profluuij, eſt in vmbilico : hæmorroidarum verò, in ſpina dorſi.

Addi poſſunt in profluuio ventris.

Ad huius præparati entali. ℥. j.
Boli aduſti.
Hæmatitis correcti. ℥. j. ß.
Commiſceantur.

Addi poſſunt. in hœmorrhoidibus.

Ad entali præparati. ℥. iij.
Corallorum præparatorum. ℈. iiij.
Olei nucis muſcatæ quantum ſufficit ad formandum vnguentum vnctionis, locus vnctionis eſt ſpina dorſi.
Lib. præparationum in Entali.

Sanguinis concreti cura extrinſeca & intrinſeca.

℞. florum verbaſci. M. j.
Ypericonis. M. iij.
Radicum Aſclepiadis. M. ß.
Mummiæ. ℥. j.
Olei oliuarum recentis. ℔. ij.
Therebintinæ. ℔. j.
Vini rub. menſuras. ij.

Coquantur omnia ſimul per ſeptem horas, & poſtmodum in ſole digerantur vitro bene clauſo: & per pannum expreſſus ſuccus omnis coquatur iterum ad vini conſumptioné, applicetur contuſionibus extrinſecis.

Ad intrinſecam ſanguinis concretionem.

℞. Reubarbari electi. ʒ. ij.
Mummiæ. ℥. ß.
Laccæ rub.
Spermatis ceti ana. ʒ. j.
Boli armeni.
Terræ ſigillatæ ana. ʒ. ß.
Radicis hyrundinariæ. ʒ. iij.

Fiat puluis, & detur qualibet vice. ʒ. j. in aqua florum tiliæ, toties, vt expedire videbitur manè & veſperi ac interdiu.

Chir. mag. Partis. j. lib. iij. cap. v.

Sanguinis repreſſio.

Adminiſtrandus eſt potu, ladani puri & præparati. ℈. j. aut præparati ſeminis de lolio albo. ℥. ß. cum lacte canabis: item corticum Iuſquiami decoctione madentes panni ſuper poſiti.

Synoniæ repreſſio

Ad lib. j. præſcripti à nobis balſami, ℥xij. teſticuli toſti commiſceantur, & applicetur hoc remedium, ſynoniam ex promptu ſiſtit. Quã-

uis

uis & emplaſtrorum quoduis per nos poſitorum id efficiat, etiam a ſymptomatibus omnibus præſeruet, dummodo chirurgus eo fuerit vſus ab initio.

Chirurgiæ Paruæ lib.j.cap.vij.

Salis aqua vel oleum.

Sal commune liquefiat igne, cui laterum accenſa iniicias fragmenta, & per retortam impelle, ad reſoluenda metalla.

Vel.

Raphanus excauatus ſale repletur, & loco ſoluitur humido ſal in aquam, in quam fragmẽta accẽſa vt ſupra iniecta extinguũtur, ac ſimul deſtillantur vt ſupra.

Vel.

Admiſcetur ſali nitri pondere æquali, tum exiccata & liquata ſimul deſtillantur in ſpiritum.

Vel.

Aceto conſpergitur ſæpius & exiccatur, & igne vehementiſſ. deſtillatur in ſpiritum,

Vel.

Rori admixtum deſtillatur ad ſoluendum aurum & ad varios morbos curandum.

Sanitatis reſtauratio & renouatio per entia prima.

Primum ens minerale.

℞. Mineralis auri, vel antimonij, minutiſſimè

mè triti.℔.j.Salis circulati ℔.iiij.Mixta ſimul digerãtur equino fimo per mẽſem,inde fiet aqua.Purum eius ab impuro ſeparetur, & purũ hoc in lapidẽ coagulato.Poſtea vino rectificato calcinabis,ſeparabis iterũ,& ſuper marmor ſolues.Aquam hanc putrefieri ſinito per menſem.Inde fiet liquor in quo ſigna demonſtrantur omnia vt in ente primo auri vel antimonij, Quare meritò prima videamus eorum entia.. Non ſecus de mercurio & aliis intelligendum erit,à quibus entia prima iuxta nunc datum proceſſum extrahuntur.

Primum ens gemmarum.

Accipe Smaragdorum aut aliarum gemmarum optimè tritarum.℥.j.calcina ſale ſoluto,quouſque in albedinem cõuertantur.Poſtmodum ſoluantur,& in phiala Hermetis ſigillo clauſa,ponantur ſuper nudum ignem,vitro nudo,ſic vt materia ſuſpenſa in alto ſit,& fundum non attingat:idque tamdiu,donec à ſpirituali natura,conditioneque decidat in fundũ vt corpus,& liquor metallorum,aut mellis.

Primum ens herbarum.

Accipe Chelidoniam,Meliſſam , aut aliam quancunque herbam contuſam in pultes , & vitro clauſo hermetis luto recõditam,in equino fimo per menſem digeratur etiam per arenam.Tandem ſeparetur purum ab impuro. Purum in vitrum ponas cum ſale ſoluto , vas

occludatur,

occludatur,& exponatur ſoli per menſem,quo tempore finito,reperies in fundo liquorē ſpiſſum,& ſal deſuper natans,hoc ſeparato,habebis virtutes meliſſæ vel chelidoniæ, vt in ente primo ſuo exiſtunt.

Primum ens liquorum.

Accipe mineram ſulphuris & ſal ſolutum, & per ſe reſoluantur prorſum in aquam, hanc deſtillato quater, aſcendet primò ſurſum albedo quædam,quæ virtutes entis primi ſulphuris demonſtrat.

Vſus entium primorum eſt.

Vt quoduis eorum ponatur in vinum,tamdiu donec ab ente primo coloretur.

Doſis eius vini eſt pro diſcretione, ſingulis diebus ſumatur in aurora tamdiu,donec decidant, primò digitorum in manibus vngues, poſtmodum ad pedes, inde pili capillique,ac dentes,& poſtremô omnium cutis exiccetur, & noua renaſcatur.Quo percepto ceſſandum erit à medicamento hoc: Tandem naſcuntur iterum vngues recentes,capilli noui, dentes cutis & omnia noua fiunt cùm in corpore tū in mente,&c.

Lib. archidoxorum,de renouatione & reſtauratione.

Sanitatis conſeruatio.

℞. Sulphuris. ℥. iiij.

Croci

Croci orientalis.
Mirobalanorum chebulorum.
Belliricorum ana. ℥ j.
Olei granorum Iuniperi, quantum ſatis eſt ad incorporandum:paulatim,& igne leni ſublimetur ſulphur.

Addi poſſunt

Ad huius eleuati ſulphuris. ℥. ß.
Myrræ rubeæ.
Croci orientalis ana. ʒ. ß. & ℈. j.
Aloe hepatici ad pondus omnium.
Doſis eſt ℈.ß. vſque a d ℈.j.
Lib. præparationum de ſulphure.

Saturni oleum ex plumbo.

Plumbum in calcem per ſe reducitur, & aceto deſtillato per duos dies digeritur in cineribus calidis: deinceps acetum effunditur, & recens affunditur, digeritur, effunditur cum alio, idque tamdiu donec omnis dulcedo per acetum extracta ſit. Collectum hoc omne balneo deſtillatur, vt in fundo materia ſalis inſtar alba reſideat, quæ in oleum humido loco per fluxionem adducitur ad vulnerum curam & carnium in eis repletionem, tumorum ſedationem &c. Datur etiam per os, pondere granorum iij. vel iiij.ad inteſtinorum, & colicos dolores.

Scabiei

Scabiei, Prurituſque venereorum cura

℞. Aluminis. ℔. x.
Vitrioli. ℔. j.
Tartari calcinati. ℔.ß.
Salis fuſi. ℔.iij.

Coniiciantur omnia in aquam, in qua lupulus prius maceratus fuerit; in ea balneare poterunt ægri. Si malum ſit inueteratum, in quarta parte vitrioli ſoluti, extingue mercuriũ candentem, quatuor vicibus, & inunge. Poterit iſta materia coagulari ad hunc modum.

℞. Aluminis calcinati plumoſi ana. ℥.j.
Tartari calcinati.
Vitrioli colchotarini ana. ℥.iiij.
Aluminis rupei.
Salis nigri.
Vitrioli crudi ana. ℔. j.
Caſei præparati in viſcum ad pōdus omnium.

Omnia permixta reducantur in pultes, quę dura in aere fiunt inſtar cornu. & quum vti volueris, in aquam calidam iniicias, & reſoluentur.

Sal ex parthenio, Serpētina, & Prionia, confectum & in aquam præſcriptam iniectum, ſcabiem & prurituũ ex morbo venereo nata curat.

Item phlegma ex ſale nitro deſtillatum, cum aqua thermarum confuſũ Mercurii vires multo ſuperat, in curatione hydropicorum, vlcerũ ex venereo morbo prouenientium. Idem in herpeticis

herpeticis puſtulis venereis, phlegma vitrioli præſtare poteſt.

Sed oleum vitrioli ſuperat, in quorumuis vlcerum cura.

Item aqua tartari pota, icteriticum morbū & qui ex menſtruis oriuntur, ac initia lepræ tollit. Oleum tartari rectificatum, hydropica vlcera curat, iniectum aquæ thermali. q. ſ.

Chir. mag. Partis. iiij. lib. x.

Scabiei, pruritus, & vlcerum cura.

℞. Calaminaris abluti & puri. ℥ j.
Vnguenti agrippini. ℥. iiij.
Vnguenti florum æris. ℥. ß.
Fiat mixtura plurimum vtilis.

Addi poteſt.

Ad huius præparati. ℥. ß.
Emplaſtri apoſtolici. ℥. vj.
Camphoræ. ʒ. j.
Fiat emplaſtrum.

Lib. præparationum, de calaminari.

Sciſſurarum ſiccarum cura.

Accipe radicum vrticæ minoris. ℥. vj.
Reponticæ. ℥. iij.
Conſolidæ regalis. ℥. j. ß.

Aquæ puræ quantum ſatis eſt pro decoctione. Supra vaporem decoctionis teneantur manus, olla cooperta, hoc fac ſingulis diebus

quater

quater vel quinquies.Poſtea ſanguinem purga to,vt ſequitur.

℞.Gamandreæ.

Cichoreæ ana.bulliant in vino optimo hac potione ſanguis purgatur optimè.

Alia cura.

Accipe farinæ hordei.
Siliginis ana ℥.j.
Pyrolæ.
Agrimoniæ.
Centaureæ.
Prunellæ ana ℥.ß.
Aquæ puræ , quod ſufficit pro decoctione.

Vnguentum ad ſciſſuras ſiccas.

℞.Petrolei.
Axungiæ Cati ſylueſtris.
Axungiæ Cerui.
Taxi.ana ℥.ß.
Fiat vnguentum ſuper carbones,quo manè & ſero perungendum eſt.
Lib.de apoſt.Cap.xliiij.

Sciſſurarum in manibus Cura.

Sume quatuor gummi.
Oppopanaci,
Serapini.
Galbani.
Bdelij.ana ℥.j.

Colophoniæ ℥.ij.

Terebinthinæ lotæ ʒ.iiij. fiat vnguentum. Liquefac illud ſuper carbones, & calidum ſuper ponatur manibus per duodecim horas, deinceps lauentur aqua munda, rurſuſque ſuperponatur vnguentum idem calefactum, hoc toties repetẽdum, quouſque nullum humorem emittant amplius, quod plerunque fit decimoquinto die.

Lib. de Apoſt. cap. xxxvj.

Sclirosis cura eſt, vt non creſcat, aliter curari nequit.

℞. Olei mirtillorum ℥.ij.
Nucis muſcatæ ℥.ß.
Axungiæ Iumentorum ʒ.ij.
Petrolei, ad pondus omnium.

Fiat mixtura, qua ſpermatica vaſa, prout renes &c. menſe quolibet pervngantur, hac via Sclirofis impeditur incrementum.

Lib. de Apoſt. cap. lxj.

Scrophularum cura.

℞. Vini ardentis ℥.v.

Alcalium ex colcothare & fimo mineraliũ, quod ſufficere videbitur, & miſce.

Huius vini ardentis accipe ℥.ß.
Aquæ roſarum. ℥.ij.
Aquæ chelidoniæ ℥.iij.

Intinge fila, quibus madefactis, vlcerum foramina

ramina, manè veſperique repleto, quouſque ſanata videantur vltra medietatem. Demum vnguento ad vlcera cauernoſa præſcripto, liga bis, &c.

Chirurgiæ Paruæ lib.ij.cap.vij.

Scrophularum aut Suillarum Cura.

Corroſiuum.

℞. Vitrioli albi ℥.j. Aquæ roſarum ℥.iij.
Litargirij abſoluti ℥.ß.

Commiſceantur cum oleo roſarum, & filis madefactis orificia foraminum repleantur.

Conſolidatiuum.

℞. Conſolidæ regalis ℔.ß.
Ariſtologiæ longæ ℥.iij.
Myrrhæ ℥.ß.
Olei oliuarum quantum ſufficit pro incorporatione, & fiat emplaſtrum.

Lib.de Apoſt.cap.xxviij.

Sephiri cura.

Sephirus eſt apoſtema durum, ex ſicco ſale productum, non matureſcens, coloribus plurimis tinctum, ſola reſolutione curabile.

℞. Viſci Iuniperi.℔.ß.
Fœnugreci ℥.iiij.
Aquarum iringij.
Lapatij acuti ana ℥.ij.
Succi altheæ q.ſ.ad incorporandum.

Alia cura.

℞. Olei litargirij.
Colophoniæ.
Mummiæ ana ℥.j.
Olei vitellorum ouorum ſatis ad faciendum vnguentum, quod Sephirum mollificat, & reſoluit.
Chirurgiæ paruæ lib.iij.cap.iij.

Sephiri, & Sclirofis cura.

Realgare alcaiſato purgentur, & mundificentur, & poſtmodum mercurius Martis hæmatinus alligetur, vltimò curent vt vlcera quęuis alia.
Chir.mag.Par.iiij.lib.ix.cap.xj.

Sephirorum cura.

Accipe viſci Iuniperorum. ℥.ß.
Fænugreci. ℥.iiij.
Aquarum Iringij.
Lapatii acuti, ana. ℥. ij.
Succi altheæ vt ſat fit pro in corporatione
Fiat emplaſtrum, aut cataplaſma.

Alia deſcriptio.

℞. Olei ex litargyrio.
Colophoniæ.
Mumiæ ana. ℥. j.
Olei vitellorum ouorum pro incorporo-

ratio ne

ratione.

Fiat vnguentũ mollificatiuũ maturanſque.

Olei litargyrij formula.

℞.. Alumen, acetum & litargyrium, ad libitum

Coque ſimul omnia donec albeſcant, Poſtea acetum & alumẽ addatur,&ad conſumptionẽ vſque liquoris decoques, vt in oleoginoſam conuertatur, plumbago dicta, materiam.

Lib.de Apoſt.cap.xlix.

Serpiginis cura.

Purgatio intrinſeca.

℞. ſuccorum cichoreæ.
Gam andreæ ana. ℔..
Succi capillorum veneris. ℔.ß.
Mannæ. ℥. ij.
Liquoris vitrioli. ʒ. j.

Fiat mixtura & deſtillatio per alembicum vſque ad oleitatem. Doſis a ʒ. j. vſque ad iij Poſtea vtẽdũ erit cauterio, vt in malo mortuo.

Lib. de Apoſt. cap. ix.

Siphitæ ſtrictæ, & guttæ cura.

℞. vitrioli à phlegmate & colchotare ſuis purgatiſſimi. ℥. j.
Alcool vini. ℥. ij.
Aluminis iameni. ℥. ß.

Reduc in liquorem ignis gradu quarto. Doſis eſt extrinſecus ʒ.ß. intrinſecus grana ſex vſque ad ix. Extrinſecus applicandum eſt medi-

camentum hoc, vbi morbus originem ſumit: vt in pulſu in quo ſymptoma:ſi tamen latius, extendatur morbus,ſuperligetur ambabus venis pulſatilibus. In gutta medicamentum eſt in extremitate linguæ ponendum, vbi guſtus.

Addi poſſunt ad ſiphitam

Ad eius vitrioli præparati. ʒ. j.
Hyppericonis ſeminis. ℥. ß.
Ambræ grana. vj.
Miſceantur, &c.

Vitrioli ſumma præparatio, ad ſupremam operationum ſuarum exaltationem.

Separetur à ſuo colchotare, & addatur ei põdus æquale alcoolis vini, & commiſceantur pani recens cocto, ex ſiligine, toſto ad ignem. Digerantur ſimul in equino fimo per menſem. Poſtmodum ſeparẽtur liquores à pane per de ſtillationẽ, & iterum alcool à vitriolo per bal neum igne primi gradus. Nota quando vitriolum acetoſitatem ſuam perdit, nullius valoris fit.

Lib. præparationum, de vitriolo,

Specificum odoriferum.

℞. liliorum alborum.
Anthos, Baſiliconis.
Cardamomi, Roſarum ana. M. j.
Spicarum M. ij.

Contunde craſſiuſcule in paſtam, cui addantur ſucci pomorum aranciorum duæ quar

tæ Lib-

te ℔.Hęc omnia ſimul in pellicano recondita, menſe vno digerantur. Poſtmodum à ſuis fecibus, manibus, aut preſſorio (quod melius eſt) exprimendo ſeparentur. Huic ſucco ſtatim in pellicanum poſito, addantur.

Macis, cariophilorum.
Cinnamomi, ana. ℥. j.
Ambræ. ℥.ß.
Muſci. ʒ. ij.
Zibetæ. ℥. j.

Terenda minutiſſimè terantur,& in dictum pellicanũ poſita cũ aliis, & in fimo digerãtur deinceps adde gũmi arabici diſſoluti.℥. ß.tragacanti etiam diſſoluti ℥. j. vitreo clauſo cum albuminibus ouorum indureſcant.Mox atque videris ad modum vitri factum, exime fracto vitro,lapidẽ hũc,& ſpecificũ odoriferũhabes; quamuis addere bonũ foret aurum potabile.

Specificum anodinum.

℞. Opij thebaici. ʒ. j.
Succi pomorum aranciorum.
Citoniorum ana. ℥. vj.
Cinnamomi.
Chariophilorum ana. ℥. ß.

Contuſa perquam optimè ſimul omnia mixtaque ponantur in vitrum, cum ſuo coopertorio cæco. Digerantur in ſole vel in fimo per menſem. Poſtmodum exprimantur iterũ cum ſequentibus.

℞. Muſci. ℈. ß.
Ambræ. ℈. iiij.
Croci. ʒ. ß.
Succi corallorum
Magiſterii perlarum ana. ℈. ß.

Commiſceto,& poſt digeſtionem vnius mẽſis, addæ quintæ eſſentiæ auri ℈. j.ß· qua permixta, Anodinum ſpecificum erit, ad auferẽdum quoſcũque dolores internos & externos.

Specificum narcoticum diaphoreticæ naturæ,

℞. Zingiberis. ℔. j.
Piperis longi.
Nigri ana. ℥ j.ß.
Cardamomi. ʒ. iij.
Granorum paradiſi. ʒ. j.

Conterantur in pulueren, & ponantur in vitrum, cum ʒ. ß. optimè tritæ camphoræ, necnon aquæ ſoluentis vnciis duabus. Sigillato vitro maneant in arena,pro ſuæ digeſtionis conſummationis tempore.Separa tandem ab eis aquam ſoluentem,& putrefiant vno menſe vnaque ſeptimana circulentur. Poſtmodum exprimes,atque ſeruabis. Hoc eſt optimum & potentiſſimum diaphoreticum, ad omnes frigidos morbos tollendum intercutaneos, in quibus eſſentia quinta nihil efficit. Coſſatum annorum viginti per diaphoreticum hoc,ſanatum fuit,&c.

Purgatiuum

Purgatiuum Specificum, eſſentia ſpecificata.

℞. magiſterium tartari, & magiſterium vitrioli, quæ ſimul in vnum commiſceto. Poſtmodum adde partes æquales eſſentiæ croci. Tum demum pellicano contenta per menſem in arena digerantur, & in pharmacum ſeruentur accuratiſsimè, quod nullo diſcrimine complexionum aut qualitatum omnia purgat indifferenter, necdum animantia vegetare facit ſed etiam vegetabilia. Nam vitrioli magiſterium, florem anthos areſcere incipientem, aut aridam fermè, reſtaurat, & in vigorem virorémque ſuum reſtituit &c.

Attractiuum ſpecificum.

℞. Quintæ eſſentiæ gummi omnium in omni genere ana quartam j. ℔. partem.
Elementi carabis ignei ℔. j.
Magiſterij magnetis quartam ß.
Elementi ignei maſticis.
Myrrhæ ana quartam j. ß.
Elementi Scamoneæ ℥. x. alias Sauinæ.
Fiat inde Ceratum cum cera communi, tragacantho, & terebintina.

Stipticum ſpecificum.

℞. Quintam eſſentiam boli.
Quintam eſſentiam ferri.
Quintam eſſentiam Cathebes ana ℔. j.
Digerantur in cineribus vno menſe, poſtea libram ß. impone acatiarum exiccatarum.

Corroſiuum ſpecificum.

℞. Aquæ fortis à capite mortuo ſuo recti-ficatæ.℔.j.

Mercurij ſublimati quartam.ß.

Salis armoniaci.℥.ij.

Hæc omnia ſimul permixta conſumi ſinito. Deinceps aquam admiſceto mercurialem æquali pondere,& ſerua.Huic corroſiuo, reſiſtere non poteſt adamas.&c.

Corroſiuum ſpecificum,quo cutis adimitur.

℞. Succi flammulæ ℔.j.

Cantaridum quarta M.ß.

Ignis gehennæ,ſic appellati,℥.ij.

Permiſceto & fac vt ſupra. Cauterio hoc adimitur cutis,inlepra,morphea,Serpigine,lentigine, pano, &c.& eius loco noua ſuperducitur.

Matricis ſpecificum reſtringens menſes. Eſt ficus cutis,mox atque fumus eius in vterum recipitur,morbus expellitur.Idem efficit quinta corallorum eſſentia,& ferri elementum.

Menſtrua prouocans ſpecificum.

Eſt ſplen bouis caſtrati,in magiſterium ſuū vel in quintam eſſentiam adductus.

Lib.Archidoxorum,de ſpecificis.

Spiritus vini.

Vinum generoſum in balneo per menſem vel diutius digeratur,amplo vaſe vitreo clauſo & ſigillato reconditum.deſtilletur exemptū

ac tamdiu donec venulæ conſpiciantur ad galeæ medietatem protendentes, ablato recipiēte, admoueatur aliud, & abſtrahatur liquoris tantum vt prius. Tandem amoto hoc recipiente, & admoto alio, quod reliquum eſt, abſtrahatur. Tres eiuſmodi liquores ſtillaticij, ſeorſum ſeruētur. Adhuc reliquum vini per cineres deſtilletur, vſque dum in fundo vaſis materia ſpiſſa & nigra maneat: cui affundatur liquor tertiò prolectus, abſtrahatur, & affundatur, idque tamdiu donec materia ſpiſsitudinem mellis concipiat. Loco tandem humido poſita, lapillos ædet ruffos, quos exemptos ſerua. Materia rurſus affundatur liquore tertio tracto, coquatur vt prius, ac tamdiu donec lapilli nulli amplius proueniant. Collecti ſpiritus phlegmate abluantur, & affuſi liquore ſecunda vice tracto, digerantur & exiccentur toties, donec albeſcant. Poſtremò cum ſuo liquore prima vice prolecto, macerentur, & ſeparentur tamdiu donec fiant volatiles. Almagama ſolis & mercurij vratur ſulphure, abluatur calx aqua deſtillata tepida, & eius ℥.ß. cum ℥.j.ß. lapillorū, in aqua vitæ rectificata digerantur diebus 5. & ex erecta cucurbita vnum abſtrahatur, & aſcē dat aqua ſolis croceo colore tincta. Rurſum ad fęces lapilli recentes adiiciantur, ac digeri ſinantur, deſtillenturque toties, donec aurum totum in ſpiritum reſoluatur.

Spiritus vitrioli.

Deſtilletur igne vehementi nouies in erecta

cucurbita

cucurbita,ſemper cohobãdo,vel fecibus reaf-fundendo.Tandem igne vehementiſsimo per retortam ſpiritus omnes extrahantur.ad hunc modum habebis ſpiritum vitrioli potentiſſ.

Oleum colcotarinum.

A colcotare rubeo trito per ſe,vel admixto ſale, ac vino deſtillato,ſi vis per vehementiſsimum ignem,ex olla iacẽte profluet oleum rubrum obſcurum,quod oleum vitrioli vocatur.

Poſtremò ſal è fecibus extrahitur alcali nũcupatum ex vitriolo.Cum foliis orizõtis oleo adiunctis & cùm eo digeſtis,fit oleum vitrioli ſolificatum.

Spiritus vegetabllis ex vino.

Vinum generoſiſſimum, ampliſſimo vaſi vitreo contentum , vt capacitatis partem vix occupet, quartam, digeratur equino fimo, vel balneo diebus 30. vel tamdiu donec ſuper vinum liquor olei formam referens conſpiciatur hic remiſſo plurimùm igne ſeparetur donec aſcendere ceſſet ſpiritus. & iterum balneo digeratur 24. diebus, vt ex ℔. j. vini. vix ℈. j. eiuſmodi ſpiritus habeatur. Eſt ad vitæ longæ productionem vtiliſſimus, etiam ad extrahendum tincturas.

Squinanciæ cura per gargariſmum incarnatiuum.

Gargariſmus.

Accipe mellis roſacei. ℥. iiij.

Ariſtolochiæ rotundæ.
Pyrolæ ana. ℥. ß.
Aquarum prunorum.
Prunellæ ana. ℥. vij.

Fiat gargariſmus & accipiat per os, ter vel quater die quolibet, ſi apoſtema fuerit apertum, ſin minùs, non proderit, donec aperiatur. Ad magnum tumorem, vtendum erit hoc defenſiuo extrinſecus.

Defenſiuum in Squinancia.

℞. Muſcilaginis de fœnu græco. ℥. x.
Ceruſſæ. ℥. ij.
Caphuræ tritæ. ℥. ß.

Fiat mixtura & cataplaſma extrinſecus, vt mitigentur dolores, & tumores colli.

Ad capitis calorem in Squinancia.

Accipe aquarum, Roſarum rub.
Burſæ paſtoris.
Solatri.
Barbæ Iouis: ſingulorũ pondus æquale

Commiſce, & immerge linteum, ac madidũ circumuolue capiti, &c.

Lib. de Apoſt. cap. xlj.

Squinãciæ, & Carbũculi curà.

Squinancia eſt apoſtema ex omnibus venis inferioribus ſurſum, aut ſuperioribus deorſum concurrentibus ad collũ in quo centrum ponunt, & eſt apoſtema ſimile carbunculo. Quare ſub eadem cura comprehenditur-

Squinantiæ

Squinanciæ cura.

℞. Mellis roſacei. ℥. iiij.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Pirolæ ana. ℥. ß.
Aquar umde prunis.
De prunella ana. ℥. vij.

Fiat inde gargariſmus, & poſt apertum apoſtema ſi adeſſent tumores, applicari debet optimum defenſiuum ad mitigandos dolores & ſedandum tumorem.

Defenſiuum

℞. Mucilaginis de fœnugræco. ℥. x.
Ceruſſæ. ℥. ij.
Camphoræ vitæ. ℥. ß.

Miſce, fiatque cataplaſma, quod apponatur capiti: mitigationes applicari poterunt, vt panni madentes aquis roſarum rubearum, burſæ paſtoris, ſolatri, barbæ Iouis &c. circunuoluti.

Chir. Par. lib. iij. cap. iij. ſub finem.

Stomachi dolorum cura.

℞. Maſticis. ℥. ij.
Alcool vini ℔. ß.
Galangæ. ℥. j.

Deſtilla per alembicum. Doſis eſt. ℈. ß.

Addi poſſunt.

Ad eius deſtillati ℥. ij.
Maceris.
Olei croci corporalis.

Galangæ ana. ʒ. j.
Doſis eſt ℈. ß. vſque ad integrum.
Lib. præparationum, de maſtice.

Stomachi cura, ad eius confortationem, digeſtionem bonam, & præſeruationem à putredine, per ſal peregrinorum.

℞. Salis nitri ſalis fuſi,
Salis gemmæ ana. ℥. j.
Galangæ, maceris,
Cubebarum ana. ℈. j.
Fiat puluis. Doſis eſt granorum iiij. manè ieiuno ſtomacho. Quicunque hoc ſale nauigās in mari fuerit vſus, non euomet.

Additio in vitæ longæ conſeruationem

Eius præparati ſalis peregrinorũ ſume. ℥. iij
Alcool vini exiccati ℔. ß.
Extrahatur alcali.
Ad eius alcali ℥. ij. addatur.
Liquoris granorum iuniperi, ciſt. j.
Reduc in compoſitũ. Doſis granũ vnũ eſt in optimo vino, nil præterea debet addi, alioquin virtus ſalis deperibit. Hæc ſalis peregrinorum ſtructura, cum eius additione Hermeti Triſimegiſto fuit in maximo pretio, ad vitæ longæ conſeruationem.
Lib. præparationum, in ſale peregrinorum.

Strumarum

Strumarum cura.

℞. Tutiæ. ℥. iiij.
Salis fuſi.
Calcis viuæ ana. ℥.vj..

Stratificata ponantur in tertium gradum ignis,& inde abſtrahatur alcali.

Addi poteſt.

Ad huius tutiæ præparatæ.
Salis anathron,ſeu fellis.
Salis fuſi,ana ℥.j.
Vrinæ deſtillatæ ℥.xv.

Fiat mixtura. Detur potanda manè & veſperi,ſeptimanis 3.vel 4.

Lib.præparationum,de Tutiâ.

Sulphuris oleum.

℞. Sulphuris triti ℔.j.ſilicum contuſorum ℔.ij.Miſceantur, & ex retortâ lento prorſus igne deſtillentur ex vaſe lutatiſsimo, febribus, vulneribus,& vlceribus,remedium.

Sulphuris oleum.

℞. Sulphuris . ℔. ß.
Salis armoniaci. ℥. iiij.
Calcis viuæ.℔.j.

Miſceantur omnia trita ſimul,& affundatur eis aquâ,in quâ parum ſalis ſit diſſolutum,tandem ex retortâ oleum deſtilletur & ſeparetur

phlegmate

à phlegmate.

Sulphuris olea diuerſa.

℞. Sulphuris triti ℥.ij.
Tartari calcinati ℥ j.
Calcis viuæ ℥.viij.

Mixta deſtillentur ex vaſe iacente.

Vel.

℞. Sulphuris triti quantum voles.
Tartari ſalis, pro diſcretione, perfundantur aceto deſtillato, ac deſtillentur in balſamoleum, ad varios morbos, per os adminiſtratum, vel extrinſecus applicatum excellentiſsimè curat,

Sulphur vitriolatum.

Exiccetur eius oleum in puluerem, ſublimando, & ſæpius idem oleum affundendo ſemper igne vehementiſſimo ſublimãdo. Poſtmodum affuſo eiuſmodi oleo digeratur per menſem ac poſtea deſtilletur. Poterit melius fieri ex floribus ſulphuris, & oleo vitrioli. dolores omnes mitigat. Somnum conciliat, carnemque bonam generat, &c.

Sulphuris flores.

℞. Sulphuris, & colcotharis, vnà cum ſale torrefacto, quantum voles, ſublimatione per mediocrem ignem eleuabuntur in galeâ colo

ris aurij,leuiſsimique põderis flores ſulphurei,

Sulphuris eſſentia quinta.

Accipe florum ſulphuris ℔.ß.
Florum alborum antimonij ℥.j.ß.
Succi auri ℥.j.
Aquæ vitæ circulatæ.℥.x.

Digerantur per menſem, & in maſſam duram coagulentur.Eius qualibet vice ʒ.j.adminiſtrabis.

Aquæ vitæ penetratiuæ forma.

Accipe aquarum meliſſæ,roſarum, cheiri, Saluiæ,balſami ana ℔. j. piperum omnium cubebarum, zinziberis, cinamomi, maſticis,myrrhæ rubeæ,macis, cariophillorum ana ℥.Succi mellis ℔.ß.aquæ vitæ rectificatæ ℔.v. digerãtur omnia ſimul nouem dies, poſtea ſeparentur,& in pellicano deſtillentur ad ſpiritum.Tandem huic liquori pomum toſtum,cõfractum,& aromata quæ ſequuntur, addenda ſunt. Accipe Cinamomi,cariophyllorum,macis ana ℥.ij.anthos, cheiri ana ℥. ß.ambræ ʒ.ij. muſci grana v.zibetæ ʒ.ß.zinziberis,cubebarũ nucis muſcatæ ana ℥. j ß. amomi ʒij.zedoariæ ʒ.ij.ß.granorum paradiſi ℥.j.ß.Digerãtur omnia ſuper cineres calidos per tres dies,Poſt digeſtionem ſepara & ſerua.Dentur grana.v.ſingulis diebus.

Lib.de contracturis, tractatu. ij. capit.iiij.

Symptomatum

Symptomatum, vel accidentium quo-rumuis, in vulneribus amouentia quædam experimenta, cura-tiuaque.

ad vlcera

Balſamum

Experimentum primum.

℞. Aloe epaticum, & cũ Terniaebin crudo, deſtilla in oleum, quod optimo iure Balſamũ dici poteſt, Nam eo curantur Gangrenæ, vlce-ra cauernoſa, quæ perditi, perdenteſque medi-ci, falſo nomine fictoque Penitentiam S. Ioan-nis appellant, atque vindictam, &c.

Experimentum ſecundum.

℞. Salis armoniaci. ℥. iij.
Salis communis ℥. ß.

Ponantur in aquam & bulliant, Poſtmodũ adde gummi atramentarij ℥. iij.
Bulliant iterum, & in duritiem excoquantur. Hæc ad fabæ quantitatem, in aquæ menſurã coniicito, quâ quidem aquâ lota quæuis vlce-ra mundantur, & recentiſsima fiunt, ad ſana-tionem optimè diſpoſita.

Experimentum tertium.

Aperiantur venæ tres ad pedes exiſtentes. Poſtmodum coquãtur ſimul aloe epaticum & Tereniabin crudum. Iſta decoctione lauentur vlcera.

Experimentum quartum.

Parthenionem & conſolidam aureãm ſimul contuſas vlceribus ſuperponito, maneantque

tribus horis obiiciantur poſtea, lauentur vlcera decoctione foliorum quercus.

Experimentum quintum.

p. 176. ℞. Succi chelidoniæ ℔.j.
Aloe epatici ℥.ij.
Mummiæ ℥.j.
Viridis æris ʒ.j.
Aluminis vſti ʒij.

Terantur quæ terenda minutè, & ſimul vnà digerantur, in ſucco dicto lento ignis vel fimi calore, per octo dies. vlcera demum pannis eo medicamento madentibus ligentur, &c.

Experimentum ſextum.

℞. Aquæ decoctionis foliorum quercus ℔.ij.
Olibani ℥.j.
Viſci ex ſerpentina ℥.iij.
Liquoris Mummiæ. ʒ.vj.

Simul omnia miſceto. Medicamentum hoc plurimis doctoribus emit veſtem nouam.

Experimentum ſeptimum.

℞. Viridis æris ℥.ß.
Aluminis vſti ʒ.ij.
Henrici rubei (quem vocant) id eſt Colcotharis ʒ.vj.
Terebinthinę deſtillatæ ℔.j.

Miſceto ſimul, & vlcera perlinito.

Experimentum octauum.

℞. Olei ardentis lib.ß.
Conſolidæ aureæ.
Parthenionis ana M.j.

Hoc medicamentum infinitos doctores doctiſsimos releuauit à ſua miſeria.

Experimen-

Experimentum nonum.

℞ Argenti viui mortificati ℥.ß.
Ceruſſæ ℥.ij.
Euphorbij ℥ij.
Saxifragiæ.
Litargirij.
Santalorum ana ℥.j.
Axungiæ porci ruffi, quantum ſufficit.
Miſceto, & Vlcera curato.
Chirurgiæ Paruæ lib.ij.cap.vij.

Tartari Arcanum.

℞. Tartari per reuerberatorium calcinati & albiſſimi ℔. iij. excellentiſſimo vino ardente ſoluatur in balneo mariæ per dies ſeptem putrefiendo. Poſtmodum per vas terreum fortiſſimum, igne leui primum, & ſub finem violétiſſimo: deſtilletur hæc materia, iuxta proceſſum aquæ fortis. Aſcendet primò liquor ſubniger, cum ardente vino, quod quidem á ſubſtantia tartari per balneum ſeparari poteſt. Inde, poſt relictæ feces calcinentur iterum in reuerberatorio vigintiquatuor horis, cum æquali ſui pondere vini ardentis priùs madefactæ. Proceſſum hunc toties repetes donec tartari nihil ampliùs reliquum ſit a deſtillatione. Poſtremò collectos omnes eiuſmodi liquores ſummè rectificatos, calore ſolis in puluerem exiccari ſinito, & ab ea materia, ſpiritum, vt

ex calcinato tartaro antea factum fuit, prorſũ elicito. Doſis eſt granum. j. cum. ʒ. ß. Mitridati, in ℥. j. ß. aquæ cichorij, vel plantaginis deſtillatæ, iuxta reſpectum perſonarum, aliquoties adminiſtretur. Medicamentum hoc origines atque radices omnium vlcerum tollit funditus. Hoc loco paucis admodum verbis inſtrui multi poſſent, & ad ſummũ Chirurgiæ fundamentum adduci, & ad veram Vulcanicæ tranſmutationis, & gemmarum tincturæ colorationiſque cognitionem. Verum auaricia, pigritia, necnon ambitio huius mũdi, per ſummum arcanum ignis philoſophici vel aquæ, non ſunt prouehendæ.

Tartari liquor.

Calcinetur in albedinem tartarum ex vino albo, & proceſſu olei vitrioli deſtilletur in liquorem. Poſtmodum erecta cucurbita ſeparetur phlegma ab oleo. Et deinceps hoc per cineres in oleum aurei coloris deſtilletur, ad vlcera curanda, ea potiſſimùm que ex morbo venereo ſumunt originem.

Tartari aquæ formula.

Optimum tartarum acerrimè deſtillatum in liquorem, pellicano vaſe rectificabis; cum additione partis æqualis aquæ vitæ rectificatæ: guttas decem, adminiſtrabis vice qualibet.

Lib

Lib. de contracturis tractatu ij. cap. v.

Tentiginis prauæ cura per litargyrium

℞. Lithargyrii abluti. ℔. j.
Aluminis rupei. ℔. j. ß.

Optimè mixta tritaque reuerberentur igne violentiſſimo per quatuor horas, tum demum extrahatur eius alchali per fontanam aquam decætero procedi poteſt, vt moris eſt.

Addi poteſt.

Ad huius præparati. ℥. j.
Realgaris communis. ʒ. j.
Succi chelidoniæ quod ſufficit.

Formetur linimentum quo locus perungatur, tamdiu donec cutis omnino rubeſcat, & omnis fœtor abeat. Poſtea componatur vnguentum infraſcriptum, idque per additioné.

Ad eius lithargyrii præparati. ʒ. j. ß. Muſcilaginis, fœnugreci, Muſcilaginis de lumbricis, Nitri ana quod ſatis ad formandum vnguentum.

Lib. de præparat: de lithargyrio.

Tentiginis obſcuræ, prauæ & Noli me tangere, cura.

Triplici via curanda, potionibus, ſparallijs

& vnguentis.

Cardonij forma.

℞. Agrimoniæ.
Saniculæ.
Pyrolæ.
Vtriúſque peruincæ ana. ℈. j.
Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ. j.
Herbarum paſtinacæ.
Perdetis ana. ℥. j.
Muſti non maturi ex vino vſque ad cẽtum Ciſt.

Fiat Cardonium, id eſt, ponantur omnia im muſtum, macerentur ſimul, & repurgentur de quo vino per medium annum continuè bibatur. Ciſt vnum, vini duas menſuras implet.

Aliud Cardonium.

℞. Conſolidæ regalis. ℔. ß.
Ariſtolochiæ rotundæ. ʒ. vj.
Diapenſiæ.
Alchimillæ ana ℥ x.
Serpentinæ minoris, ad pondus omnium.

Fiat Cardonium ex arte.

Salis compoſitio cuius vſus prodeſt laborantibus tentigine matricis.

Accipe ſalis communis. ℔. ß. j.
Thuris.
Mummiæ.
Hæmatitis ana. ʒ. ij. horum fiat mixtura cũ ſale, quo cõdantur cuncta quæ comederint.

Sparallium

Sparallium in tentegine obſcura.

℞. Aquarum plantaginis.
Serpentinæ.
Perſicariæ.
Hypericonis ana. ℔.ß.
Lumbricorum terreſtrium. ℥. vj.
Dragacanthi. ʒ. j.
Conſolidæ.
Foliorum ariſtolochiæ longę ana.℥.iij.

Fiat ſparallium optimo ſaccaro permiſtum, & inde fiat clyſtere,quod inditum vuluę, maneat tres,quatuor,vel quinque horas in ea ſingulis diebus.

Aliud Sparallium.

Accipe ſucci hypericonis.
Perſicarię ana. ℔. ß.
Aquæ de prunis.
De ceraſis ana. ℔. j.
Terebinthinę lotę in aqua roſarū.℥. vij:

Fiat ſparallium pro matrice, indatur &c. quolibet die bis aut pluries, pro neceſſitate.

Aliud Sparallium.

Accipe Olei hypericonis.
Perſicariæ.
Ariſtolochiæ rotundę ana.℔. j.
Olei lumbricorum.
Olei ranarum ana. ℥. xij.
Olei ex vitellis ouorum,ad pondus omnium formetur ſparallium,& indatur.

Vngentum ad dorſum pro eodem effectu.

Accipe Mercurii abſque ſubſtantia frigida, & ab omni mordicatione correcti ℥. ß. Bolii ſciſſi ℥. iij. Axungiæ ceruinæ. ℔. ß.

Olei aneti.

Olei ex vitellis ouorum ana ℥. vj.

Fiat vngentum cum cera. Omnia quę ſuprapoſita ſunt ad hunc effectum medicamina ſimul adminiſtrari debent quolibet die bis &c.

Lib. de Apoſt. cap. lvj.

Tentigini prauæ, Noli me tangere, vel ferrugini validiſſimum vnguentum.

℞. Realgaris ſublimati. ℥. j.

Coquantur in aceto horis duabus, & quum exiccatum fuerit, addes olei maioranæ ℥. iij. Mixtione fiat vnguentum, quo tenuiſſime pannis oblito ligabis vlcera ſæpius, & circumuicinas partes inunges oleo, ne ſicca ſint. Maneat ita diebus duobus cum ſuis noctibus. Tandem incipiet ſaniem & aquam eiicere. Quo percepto, quod ſequitur, emplaſtrum mundificatiuũ ſuperponito, maneatque tantiſper vſque dum nulla ſanies, aut humor aliquis effluat.

Emplaſtrum mundific tiuum.

℞. Picis naualis ℔. j.

Viſci pini, & abietis.

Viſci locuſtarum è larice ana ℔. ß.

Picis larignæ ℥. iij.

Liquefiant

Liquefiant omnia ſimul,cum medietate ſui, ceræ,& olei , quantum ſufficere videbitur, vt formam acquirant emplaſtri. Quod iſtud extrahere nequiuerit,alia minus efficient.

Cura mox aggredienda.

℞. Ceræ,Picis communis ana ℔.ß.
Ariſtolochiæ rotundæ ℥.iij.
Mummiæ ℥ij.
Antimonij triti ℥.iiij.ß.

Fiat emplaſtrũ,quo ligabis, ex cõſuetudine.

Emplaſtrum aliud ad fluxuum extractionem.

℞. Reſinæ abietis ℔. ß.
Viſci conſolidæ ℥.iij.
Succi chelidoniæ,quantum ſufficit, inde fiat emplaſtrum.Notato maximam curam in vnguento præſcripto ſitam,& in emplaſtro fluxuum extractiones.

Chirurgiæ Paruæ lib.ij.cap.vij.

Teſtudinis vel Celſæ cura.

Regio circũdatur alumine plumoſo,& poſt quam eſchphara deciderit ſuperponatur Oppodeltoch,hac via putrefit in eiectionem.Cõmunibus emplaſtris concludatur.

Lib.de apoſt.cap.xxxj.

Tineæ cura.

℞.Cichorij,Gamandreæ.
Capillorum veneris ana ℥.2.

Caſsiæ extractæ ℥.ß.

Mannæ electæ ʒ.j.ß.

Reduc in hauſtum cum aqua arthemiſiæ. Omni anno, menſe Mayo debet iterum adminiſtrari, nam redit.

Lib. de Apoſt. cap. xxij.

In Tonitruis.

Corallorum ʒ.vj. Cinerum cumini romani, fabarum ana ʒ iij. aluminis præparati ad pondus omnium. Fiat mixtura, digeratur cum alcoole vini exiccati ℔ ß.ij. vel iij. diebus, poſtmodum exiccato addi poſſunt ad eius ʒ. ij. ſpecierũ diacimini ℥.ß. ſanguinis hirci præparati ad pondus omnium, fiat mixtura quæ digeratur cum ℔.ß. alcool vini exiccati. ij. vel iij. diebus poſtea ſiccetur.

Lib. præpar. de corall.

Varicum cura.

Aperiantur venæ ſuo tempore. Poſtmodum liquore leporinarum gengiuarum vngendum erit, per tres aut quatuor ſeptimanas, vna, per vicem, poſt aliam aperiendo. Quum redierint, proceſſus iterandus, & vngendum erit liquoribus gengiuarum aut adipe humana.

Lib. de Apoſt. cap. xxv.

Veneris Oleum cupri, vel Balſamum æris.

Cupri laminas pondere ℔. ß. accipe.

Therebintinæ

Therebintinæ deſtillatæ ℔. j.
Vitrioli. ʒ. ij.

Mixta per menſem digerantur ac deſtillentur in oleum eius & oliuarum ana permiſcétur, ad inueterata & maligna quæuis vlcera per ſananda.

Poteſt etiam oleum hoc veneris iuxta proceſſum de ferro poſitum fieri.

Venenum pellens remedium.

℞. Corallorum rub. optimè tritorum ʒ. ij.
Aquæ liguſtici ℔. ß.
Vitrioli albi ana ʒ. ij.

Ponantur in digeſtionem ſecundi gradus ignis per menſem, quod rubeum erit extrahatur & coaguletur. Quum ad venenum erit vtétum, ſpiritus eius à corpore ſeparandus eſt, vti venenum etiam eſt ſine corpore: tincturam igitur exiſtentem in fundo accipito.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati coralli. ℈. v.
Theriacæ ℥. ß.
Radicis lapatii maioris. ʒ.v.&.℈. ij.
Alcool vini exiccati ℔. ß.

Maneant in digeſtione diebus ſeptem. doſis eius à granis quindecim in ℈. ij. In aqua prunellę. ʒ. ij. ſæpius adminiſtrentur per os, vice poſt vicem mox ſubſequente, ſudorem impetrando, vſque dum nullus dolor amplius percip iatur.

Signa

Signa accepti veneni ſunt hæc. Laboratur orexi, color immutatur in facie prçter naturã, intumeſcunt membra, &c. quibus perceptis abſque mora corallorum hoc remedium adminiſtretur in aqua dicta vel roſacea, & poſt horas duas iterum, ſic deinceps.

Lib. præparationum de corallo.

Venenorum remedium.

Sydericum herba in poculum infectum aliquo veneno cuiuſcunque generis, poſita, ſi vas vitreum fuerit, frangitur: ſi aureum vel argenteum, ebullire cogit liquorem prorſum, vt euacuetur.

Vermium cura, cum in vulneribus, tum in corpore natorum.

℞. folia vel flores hypericonis, aliàs, poroſæ, vel perforatæ, & ſuper vulnera, vel ad vmbilicum applica, contuſa vel integra: meliùs in oleum vel balſamum præparata operabuntur, vermes euacando, qui poſtmodum purgatione leuiſſima poterunt euacuari.

Libello præparationis poroſæ.

Vermium enecatio

℞. Terebintinæ, ℔. j. quam ablue per aquæ centaureæ ℔. ß.

Addito.

Ad eius abluti ℥. j. agarici. ʒ. ij aloes hepa-

tici

tici ʒ.ß.Commiſce.doſis eſt per os ʒ. j. vſque ad ij.vel iij.

Lib.præparationum,de Terebintina.

Vermium cura.

℞. Stanni ʒ.iij.
Salis communis ℥.iiij.
Aſphalti ℥.j.
Aduſtione fiat puluis.Doſis eſt à ʒ. ß. in ʒ. j.v el iij.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati ʒ.j.
Seminis colocintydis.
Plantaginis ana ʒ.vj.
Fiat puluis.Doſis eſt ʒ.j.vſque ad j.ß.
Lib.præparationum,de Stanno.

Vermium occiſio, ſiue in vulneribus, ſiue in panaritio digitorum.

℞. Vermem terreſtrem,aut lumbricũ paruum,aut magnum pro morbi qualitate,hunc viuum digito aut vulneribus ſuperligato,& relinquito,non vſque adeo conſtrictum, donec per ſe moriatur,vnà cum eo morbi vermes etiam per ſynpathiam quandam emorientur, ſi vno non ſat ſit,pluribus vtere.

Lib.de vermibus cap.ix.

Vernium

Vermium cura.

♃. Cupri calcinati. ℥. j.
Aquæ hypericonis.
Centaureæ. ℥. vj.
Aquæ plantaginis
Vini acetoſi ana. ℥ iiij.

Digerantur diebus octo, poſtmodum extrahatur alcali. Doſis eſt ℈. j. & quandoque ℈. iiij. vel vj. non vltra.

Addi poſſunt.

Ad eius floris æris. ℥. j.
Saccari taberzet.
Succi liquiritiæ ana. ʒ. ij. ß.

Puluerizentur. Doſis eſt ℈. ß. ad ℈. j.
Lib. præparationum, de cupro.

Vinum alcaliſatum.

Deſtilletur vinum generoſiſſimũ non adulteratum, in aquam ardentem rectificatũ, hanc amplo vaſe reconditam vitreo, ſigillatoque ne reſpiret, aquæ balnei merſo non profũdius quàm aqua ardens deſignat, octo diebus digeri ſinito, & eiuſdem calore deſtillari, donec in galea ſigna videantur: tum demum ceſſandum erit. Phlegma totum eſt per ignem exhalandum, vſque ad puluerem in fundo manentem, & hic in albedinem adurẽdus, ſalis inſtar, huius ℥. ß. addatur ad ℥. ij. ſpiritus vini, & ſimul in cineribus digerantur, 24. diebus. poſtea deſtillentur, affundatur iterum ad feces quod aſcenderit:

aſcenderit, abſtrahaturque toties, donec ſal totum aſcenderit. Hoc alcaliſato poterunt extrahi tincturæ quæuis.

Vitæ longæ productiuum & conſeruatiuum.

♃. Foliorum ſectarum ℥.j.
Foliorum dauræ ℥.v.
Eſſentiarum auri
Perlarum ana ℥.ß.
Chroci, chelidoniæ,
Meliſſæ ana ℥.v.

Mixta ſimul omnia, ſecundum artiſtæ morem, in compoſitum vnum, organis vitreis, & ad vſum ſeruabis.

Morborum mentalium repreſſio.

Homunculum fabricato ex cerâ, in eſſentiâ intrinſecâ, quem ſuo loco reponito. Quicquid incâtatiuè contra me molitum erit, in hac imagine compleatur. Siquidem ex mea mente progreditur, & ex eorum mente & incantatione ſuâ, vt ambæ mentes concurrant in vnum ſubiectum, vtque ab vtraque parte nihil damni contingat, nec operationis quid in alterutrâ.

Lib. Archidoxorum de vitâ longâ.

Vitæ longæ conſeruationis formula.

Ellebori nigri — folia —

♃. Folia ellebori nigri, ea flatibus vêti ſubſolani vel orientalis & in vmbrâ ſiccari ſinito, ſicca terantur in puluerem cùm æquali ſui pon

dere ſaccari puri. Miſceantur. Doſis eius antiquis fuit, ſingulis diebus manè ʒ.ß.vſque ad annum lxx.poſt quem vſque ad lxxx.vel terminũ vitæ ſexto quoque die ʒ.integram ſumpſerunt. Verum ab anno .l. prius, hoc medicamento cœperunt vti, anno quidem 365.dierum numero comprehenſo.

Libello præparationis Ellebori,

Vitri Oleum vel gemmarum.

Terantur in puluerem, qui calcinetur duplo ſulphuris, tãdem reuerberetur igne vehemẽti. Poſtmodum affunde aquã vrticæ deſtillatam, & ſimul digerantur equino fimo, poſtea deſtilentur & iterum aquam recentem vrticæ, ad feces affunde, & ſepara per deſtillationẽ idque toties donec in fundo nihil reſideat. In aquas iſtas deſtillatas, iniicito modicum ſalis fuſi, per hoc oleum ſeparabitur ab aqua & ad oleum affunde aquam deſtillatam, & abſtrahe tam ſæpè donec omnis acrimonia recedat ab oleo.

Vel.

Gemmæ calcinatæ per ſulphur, in aqua ſoluuntur regia, quæ deſtillatione abſtrahitur. Poſteà cœleſti aqua deſtillata in dulcedinem abluũtur. Poſtremò affuſo vini ſpiritu vel aceti, in oleum clarum adducuntur.

Vitrioli ſpiritus forma.

Deſtilletur per ſe in erecta cucurbita, & v-

geatur

geatur igne vehementiſſimo, vſque in nouum alembicum, id eſt, nouies cohibendo ſuper feces ad quartum diem naturalem vrgeatur, & erit præparatus.

Lib. de contracturis tractatu. ij. cap.v.

Vitrioli oleum.

Siccetur per deſtillationem phlegmatis à colcotare, hoc tritum ſuo phlegmate rurſus imbibatur, ſiccetur, & affundatur, idque toties, donec ſpiritus omnes effluxerint, quod ab aciditate cognoſcitur. Poſtea colcotar rubeum tuſum per ſe, vel cum fragmentis laterum, ex olla iacente, vehementiſſimo calore protrudatur oleum totum rubrum obſcurum, quod per arenam rectificetur in vitrea cucurbita. Si hoc ipſũ phlegmate ſuo perfundatur, vel aqua ardente ſæpiùs,& abſtrahatur, efficitur admodum dulce, ac ab omni ſuperfluo repurgatur ſulphure alumineque ſuis, vt ſolam ſuæ pinguedinis ſubſtantiam retineat.

Vitrioli eſſentia ſpecificata contra caducum &c.

♃. Vitrioli vngarici. ℔. xij.limaturarũ cornu vnicornis,vel eboris, in illius defectu ſpodij electi,camphoræ ana. ℥ v.

Irrigentur aqua ſeminis peoniæ, luna de-

creſcente collecti. Poſtea ſimul omnia deſtillentur per deſcenſum, vſque ad rubedinem capitis mortui.

Huius colcotaris ℔. j.
Et ſui liquoris. ℔. ij.
Alcool vini aquarum.
Chelidoniæ, valerianæ.
Melitenæ, plantaginis.
Chamedreos ana. ℥. j.ß.

Deſtillentur omnia ſimul per vas retortum deinceps accipe iſtius colcotaris. ℔. ij.
Liquoris ab eo tracti. ℔. j.

Macerentur ſimul, ac deſtillētur, vt per vas retortum phlegma totum, ſpiritus & oleum ſimul aſcendant: per balneū ſeparabitur phlegma, & per athanor, oleum rubicundiſſimum.

Doſis eſt pueris antè paroxiſmum phlegmatis. ʒ. j. viris fortibus, ſpiritus. ℈. j. Senibus autem, olei grana tria.

Vlcerum curæ, per innouationem & inſtaurationem totius corporis.

De Tinctura Auri.

Extracta ex auro tinctura, corpus eius manet album. Tinctura pura hæc ſeparatur ab impuro, id eſt à ſuo corpore. Iſta ſeparatio imprimis eſt neceſſaria, debet clarificari & exaltari tinctura in ſuum gradum, qui duplatur binies hoc eſt, binies in bis. 2 4.0. Altius non progreditur. Tum demum adminiſtrari poteſt ad inſtaurationem

ſtaurationem & innouationem ſanguinis in temperaturam priſtinam, vt audietur in admi niſtratione.

Praxis extractionis.

Corpus auri corruptione remoueri debet à metallica ſua natura, vt malleum nõ ſuſtineat, idque per aquam ſalis, Reſidentia per aquam dulcem ablui, tinctura tandem extrahi per ſpi ritum vini, & vltimò ſpiritus à tinctura eleua-ri, quæ reſidebit in fundo vaſis.

Aquæ ſalis paratio.

Fit ex liquido ſale, vel ex liquefacto, quod per ſeipſum, & ex ſui natura, præter decoctio-nem aut præparationem artificialem, qua ſa-lia fieri ſolent exiſtat. Liquefiat aliquoties, pul ueratumque miſceatur ſucco radicum rapha-ni, & agitetur in diſſolutionem, quæ deſtilletur. Deſtillatum hoc ſanguineæ, dũ viridis exiſtit, admiſceatur, mixtaque deſtillentur iterũ quin-quies. In iſto liquore, laminæ ſolis per antimo nium purgatæ, ſoluuntur in puluerem. Hic, a-qua pura, dulci, ac deſtillata ſubtiliter ablua-tur, vt omnis acrimonia ſalis abeat, facilè qui-dem abluitur, quod ſubſtantia non permiſcea tur in profundo, ſed ſeparatur aqua, vt puluis dulcis euadat: maneatque in ſeipſo ſui ſimi-lis &c.

Spiritus vini extractio.

℞. Vini generoſiſsimi, non adulterati qua-nis arte, albi vel rubei, menſuram aliquam. Hoc in circulatorium vtcunque magnum, iuxta ma teriæ quantitatem ponatur vt liberè circum 192

agitari queat. Vas eiuſmodi collocandum eſt in balneum maris,aut Mariæ, & immergendũ nõ profundius quàm vini ſuperficies apparuerit:bulliat ibidẽ ſpatio dierũ decẽ & obſtructo vaſe,ac ſigillato,vt ſcis.Quo peracto poſitũ in phyalam,deſtilletur indeè frigid , vſque dum ſpiritus aſcendit,vbi ſignum ſuum exhibuerit ceſſato mox,nam quod ſequitur,vinum eſt aduſtum , vel ardens,& non ſpiritus. Spiritum hunc affunde reſidentiæ dictæ quæ eſt ſicut alcool , vt ſex digitis latis puluerem ſuperet.vitro diligenter obſtructo,ſigillatoque maneant ambo per menſem,in digeſtione calidâ balnei. Tranſcendet color vel tinctura in ſpiritum, albo puluere petente fundum. Separa liquorem à puluere,quem fluere facito,conflabitur inde metallum album: Spiritum euaporare finito, ex arte , & ſuccus tanquam liquor manebit in fundo vaſis.Hunc ad ſummum gradum adduces quinquies,retorto iuxta materiæ quantitatem capace.Gradatio fit per eleuationem tantum,quæ materiam ſubtiliorem efficit.Verum vltra quintam eſſentiam agi minimè ſe patitur,id eſt,in 2.4.0.vlterius vero ſi progredi quis præſumat,aduritur.

Adminiſtratio vel vſus iſtius medicamenti: ſoliſque tincturæ.

Iſtiuſmodi tincturæ ʒ.j.cum optimè theriacę Venetę ℥.j.permiſceatur,& commixti huius propinetur ægro ℈.j.Ieiuno ſtomacho ſub auroram. Imperetur ſudor , & excitetur ſtragulis in lecto. Proceſſum hunc repetito,quoad vl-

cus

cus, non eiiciat ſanguinem aut alium quemuis humorem amplius, quod plerumque fieri ſolet decimo, vel duodecimo die. Curetur inde quocumque volueris vnguento vulnerario vel ſtictico fodicatorum.

Obſcuriorum locorum, in praxi contentorum, elucidatio.

Potiſsimum difficultas conſiſtit in auro corrũpendo, nam eſt opinio vulgata, hoc arte vix corrũpi, nec vllo igne vinci. Verum author noſter hoc loco docet aquâ ſalis id fieri. Poteſt aurum calcinari, vel in pollinem redigi Mercurio vel fumo Saturni, præter vtilitatem; & aquâ regiâ: qui puluis aut calx iterum follibus & igne redit in priſtinum ſtatum, id eſt, in corpus malleabile. Hãc pulueratione corruptionem eſſe minimè vult Paracelſus. At expreſſè nobis innuit aureum corpus inter cætera metalla ſolidiſſimum, ad modum corrumpi debere, vt metalleum non expectet, aut ſuſtineat ampliùs, & à ſuâ naturâ metallicâ prorſum remoueatur. Aquâ ſalis id fieri docet, obſcurè ſatis. Ne palam fiat arcanum hoc præ cæteris excellentiſſimum indignis, & inimicis naturæ non minùs quàm artis: Nihilominus quantum valuero, ſal iſtud aperiam filiis artis, & myſteriorum ſtudioſis. In terræ viſceribus, & montibus, naturæ ſal occultum eſt, naturaliter coctum, quod petreum nuncupatur, arte nulla concretum: erutum, & igne liquatum, aliquoties vires maximè deſtructiuas acquirit auri, ſi poſteà ſoluatur ſucco radicum raphani. Hoc

loco multi naſutuli, potiùs quàm philoſophi, hæſitare ſolent, an de raphano vegetabili radice fiat ſermo, vel de minerali quopiam, quorum dubioſa mens non me remorabitur quin ad literã iſta prorſus intelligam. Etenim hoc loco non tantùm acuitatis ratio, quantum ſalis præſcripti ſolutionis, eſt habenda: licet vtraque nobis conſideranda ſint. Dicit Lullus vegetabilibus quibuſdam, philoſophorũ acui menſtrua. Quibus omiſſis, ad ſolutionem ſalis redeamus. Quis vel plebeius homuncio dubitabit, ſal quodcunque per aquam communem, aut aliam dulcem reſolutum hebetari? quòd expertiſſimis notiſſimum, quò ſæpiùs eò mitius fieri, & plus acredinis deperdere: per cõſequentiam minùs corroſiuum reddi. Hinc fit, quòd acrioribus liquoribus, & ex ponticioribus vegetabilibus, corroſiuo ſuo ſale naturali, minimè carentibus, ſolui ſal doceatur. Id ipſum de ſanguinea dum viridis eſt, intelligendum eſſe, non dubito; & ſi nonnullis, imò quã plurimis, qui de mineralibus intelligi volunt, ad vitriolum ſe conferentes aliter videatur. Locus eſt per ſe manifeſtus, his verbis (dum viridis eſt) innuit ſuccum eiuſmodi vegetabilis extrahendum eo tempore quo viret adhuc: ac ſi diceret, non eſt quòd areſcere ſinas vel tabefieri. De vitriolo non poteſt haberi ſuſpicio, cum ſemper viride ſit, & licet aliquãdo palleſcat iuxta locorum qualitates è quibus eruitur in cœruleum colorem tendens, luteum, aut album, nihilominùs viriditas, plus minuſue

minùſue conſpicitur ineſſe. Conſiderandum etiam ſanguineam dixiſſe authorem, non ſanguineum, vt innueret herbam, & non vegetabile, vel aliud quidpiam. Quęre igitur optimè lector, herbam, non minori præditam acrimonia ipſo raphano, quocunque loco reperias quæ ſanguinea nuncupatur, cuius & raphani ſuccis dictum ſal diſſoluatur, acuaturque ad maiores corrumpendi aurum vires, & facultates. Frigida iam deſtillatio cognoſcenda venit, ſed non dixit author frigidam eſſe, verum frigidè compleri, hoc eſt, calore temperatiſſimo, reſpectu ad alias deſtillationes, facta, quibus vti ſolitum eſt in aliis extractionibus. Signum eſſe notandum putat in gallea deſtillatorii vaſis, vbi radii, filamenta vel guttulæ corporalis humoris apparuerint. Oportet enim ſpiritum inuiſibilem eſſe, dum aſcendit, nec priùs perceptibilem, quàm in corpus in ſuum vehiculũ frigore coaluerit. Siquidem noſtros ſpiritus chimicos corpus habere, quo concludantur, neceſſum eſt, aliter noſtràs manus effugerent, ac poteſtatem, attamen ita rarum, vt niſi cohibeatur aliquo vaſe, prorſum euaneſcat. Alcool dicitur puluis, piſtillo non attritus, neque mortario, ſed reſolutionibus dũtaxat Reſtat explicandũ, quod ſub ænigmate celatum voluit author. Ad lydium hunc lapidem (qui Paracelſum vertiſtis, hoc loco,) pedẽ offẽdiſtis: Patet, cùm in eo, ſcopus totius negotii cõſiſtat, in iſta graduatione videlicet. Ænigma hoc eſt (vltra quintam eſſentiã agi minimè ſe

mè ſe patitur, id eſt, in 2. 4. o. vlterius verò ſi progredi quis præſumat, aduritur) Audite quæſo. Vidiſtis vnquam vos quintam eſſentiã? eius parandæ proceſſũ etiam ignoratis? Nunquid eam circulatione fieri ſcitis? quid aliud innuere nititur doctrinæ ſuæ filiis Paracelſus, quàm duplata ſemper multiplicatione circulum in infinitum agi, donec in vnitatem quieſcat. Hoc patet per numerum primum, 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. 256. 512. & O, quæ circularis nota motum innumerum deſignat, fatigatione deſinentem in quietis , id eſt, fixionis caracterem, vnitatemque. Non aliter intelligite, locum hunc in exemplari germanico(qui duplatur quinquies, hoc eſt , quinquies in bis xxiiij.) Videte quæſo qua ratione ſua , seducti ſunt. numeros iſtos cũ exponere conarẽtur. 2. 4. o. nõ animaduerterũt inter notas arithmeticæ ſignificatiuas. 2. 4. puncta, q̃ nõ 24. ſed 2. & 4. denotant initium binariæ, vel duplatæ multiplicationis. Hinc deprauarunt mentem authoris, ornata quadam ſerie loquendi per ænigma nobis propoſitum, & peruerterunt in chymericam phantaſiam, nullius rei , præterquam ſuæ ſignificatiuam. Potius dixiſſent, (qui duplatur per 2. 4. &c, in o. deſinens.) Hoc nobis, & ſingulis aperuiſſent periti myſticarum rerum artis , & ſcriptorum Paracelſi . Aut in hunc modum fuiſſent interpretati (qui duplatur binies id eſt binies in bis quatuor, &c.) & in O. circulum voluens ad vnitatem redit, qua fixatio rei graduatæ ſignificatur, non ea, qua dotatum eſt

aurum

aurum conſtantiſsimum in igne præ cunctis a-
liis corporibus,ſed quà ſpiritus ad tantam ſim
plicitatem adducuntur, vt numerum omnem
exuant,id eſt corpus. Vice verſa corpus etiam
fixum eſt,quum ab omni ſpiritu liberum effici-
tur,aut vbi cùm vnito ſpiritu fixo compactum
eſt,ac vnum factum,vt amplius in partes alias
diuidi nequeat in vnum,& vnum idem.Fixatio
ſpirituum igitur,eorum eſt ad ſuam ſimplicita
tem,& vim penetratiuam adductio,qua corpo
ra ſimplicia,vel vnita ſubintrant,ac poſtmodũ
ita ſeſe mutuo amplectuntur,vt arte vix ſeiun-
gi poſsint, nam aut in igne ſimul manent,aut
ſimul abeunt:ſi verò quouis artificio ſegregari
cõtingat,in aliud nil,niſi vnum & vnum, quod
etiam cum alio conuenire quàm vno, minimè
poteſt.Eò refertur,quod Tritéhemius ænigma
te ſuo proponit,in arcanis,Reiiciatur binarius
& ternarius ad vnitatis ſimplicitatem eſt redu
cibilis. Nec eſt quod obliuiſcamur & iſtius er-
roris commiſsi,ab exordio deſcriptionis tin-
cturæ huius,vbi ſic habetur(Tranſcendit color
in ſpiritum,& manet puluis albus in fundo, ſe-
para,pulueremque fac fluere,fiet inde metallũ
aqueum,vel aqua metallica) non metallum a-
queum,ſed album lege.Prouenit error ex ger-
manico ſermone Vvaſſer, pro Vviſſer ſumpto,
Iam ad alias tincturas veniendum eſt.

De Arcano Tincturæ Corallorum.

Corpus eius teratur in alcool,& extrahatur
eius tinctura,vt ex auro per ſpiritum vini, Po-
ſtea decies atque ſexies aſcendant vnà, & vlti-
mo

ne ſeparentur. Aſcenſus fit per deſtillationem ad nudum ignem, & in balneo ſeparatio ſexies ad feces refundendo. Seruetur oleum, quod in aqua theriacali venit adminiſtrandum, à ℈. in ʒ. &c.

Aquæ theriacalis paratio.

℞. Spiritus vini. ℥ v.
Theriacæ ℥. ij. ß.
Myrrhæ ro. rub. ℥. j. ʒ. ij.
Croci orientalis. ʒ. ij.
Omnia mixta ſimul deſtillentur ſemel.

Vſus eius in adminiſtratione.

Arcani vel tincturę corallorum ℥. j. ß. permiſceatur aquæ cichorii, vel chamedrios aut gamandreæ ℥. x. & huius mixti propinetur ægro, quarta pars vnciæ manè, veſperique horis quinque ante prandium, atque totidem horis poſt cœnam: idque ſex aut ſeptē diebus continuis. Cibetur læuioribus, & potus eius, aqua deſtillata ex fumo terræ, cichorij vel ſimilibus, qua ſobriè tantùm vtatur. Quum nihil puruleti humoris videbitur ab vlceribus fluere ab vſu tincturæ abſtinendum eſt, vt in cæteris.

De Tinctura Balſami.

℞. Balſami. ℥. ß.
Spiritus vini. ℥. xx.

Circulentur in pellicano ſimul ad ſolē ſpacio vnius menſis. Poſtea deſtillentur ambo per alembicum: quæ deſtillatio melior eſt, quàm per retortum. Iſta mixtura manet in vna compoſitione, cui demū addatur adhuc ℥. ß. balſami, & vt priùs vitro clauſo digeratur, ac aliis

permiſceatur

permiſceatur. Poſtquàm & hoc volatile factũ fuerit, addatur iterum. ℥. ß. balſami, vſque ad ℥. ij. præparabis vt priùs, & in ſupremum gradum adduces.

De adminiſtratione & vſu tincturæ balſami.

Propinetur ægro huius præparati balſami, pondus granorum hordei quinque, in vino veteri, & albo, quolibet die bis, donec purulentię nihil ex vlceribus ef uat. vlcer m origine remoto, ceſſat effectus per vſum intrinſecũ iſtius arcani, curanturque extrinſecus.

De Tinctura Antimonij.

℞. Antimonij optimi in alcool facti, hoc in reuerberatorio vaſe clauſo, per menſem vrgebis igne, fiet inde volatile, primò albũ, deinde citrinum, poſtremò rubrum, purpureum & leue. Ab hoc lilli per ſpiritum vini ſubſtantiam eius excellentem, digitis decem, clauſo vaſe colorem attrahas. Colorem & ſpiritum vnà ſeparato, ſeruatoque ſimul permixtos. Hæc eſt ſumma præparatio lillig ex Antimonio. fruſtra laborarunt quotquot ante Paracelſum extiterunt philoſophi, medicique, in hoc arcano perquirendo & non inuenerunt.

Vſus eius eſt.

Vt in dolium vini recentis menſe Septembri, vel Octobri, ad quaſque xx. mẽſuras, huius tincturæ ℥. ß. affundatur, & vnà cum vino digeri, mundificarique ſinatur Vinum hoc bibat

æger

æger trib. quatuor, aut pluribus ſeptimanis, a-
liis potionibus omiſſis vlcera communioribus
emplaſtris cooperiantur obiter. Operatur e-
nim tinctura ſatis intrinſecus, ad exteriora
per ſananda.

*Difficultas omnis conſiſtit in hac di-
ctione, alcool.*

Nonnulli ſatis inconſideratè, hanc dictionē
(Alcool) interpretantur, & puluerem tritum
minutiſsimè temerè nimium aſſerunt, ac ſi pi-
ſtillo, mortarioque ferreis, aut aliis duris in-
ſtrumentis id fieret. Verum, error ſatis argui-
tur eò, quod variis, locis Paracelſus, de alcoole
vini ſcribit, per hoc intelligens aquam arden-
tem rectificatam, longè aliam formam haben-
tem, & alienam à puluere. Patet igitur Alcool
rerum aut corporum quorumcumque nihil a
liud eſſe, quam puriorem, & mundiorem eorū
ſubſtantiam, ab impuro ſui ſegregatam. Vi-
deamus igitur quid ſit alcool antimonij. Di-
ſcretum hoc loco iudicium eſſe debet, ſolido-
rum a liquidis. Cócreta poſſunt etiam aliis me
diis quàm allegatis antea, minutiſsimā in ſub-
ſtantiam redigi, ſcilicet igne, calore, ſolutioni-
bus, congelationibus, ſublimationibus &c. Sen
tentia hæc eſt authoris noſtri, vt antimonium
nedum in puluerem atteratur piſtillo morta-
rioque, ſed etiam in volatilem quandam ſub-
ſtantiam, & à ſuo natiuo colore non immuta-
tam. Id ſolo ignis & caloris beneficio, regimi-
neque fieri neceſſum eſt, vt poſtquam vulgari-
ter contritum fuerit, philoſophicè tandem at-
teratur

teratur ſublimationibus, quæ piſtilla ſunt philoſophorum & mortaria. Docet alio loco, ſublimationem iſtam antimonij, fieri debere ſine omni capite mortuo. Satis conſtat igitur nihil fecum adeſſe.

Neceſſaria prius eſt hæc ſublimatio ſtibij, vel fruſtraneum opus, & labor inanis ad antimonij flores atque tincturam ſuſcipitur. Maxima pars eorum qui Paraſelſicarum præparationum anathomiã faciunt hoc tẽtantes arcanum falluntur. Statim à vulgari tritione ſtibij, ſublimant, in fuliginem albam. Sed prius ad cœlum ſcandere poſſe, quam ad veros flores antimonij citrinos, & rubeos peruenire ſuo damno ſæpius experti ſunt. Vulgare non eſt, at merè philoſophicum artificium, paucíſsimis hactenus cognitũ. Filiis igitur doctrinæ reuelãdum. Eiuſcemodi ſublimatio fieri debet igne temperatiſsimo admodum, vt puluis antimonij non liqueſcat, aſcẽdat nihilominus, vt farinæ flos parietibus adhærere cernitur molendinorum. Ecce iam totum iſtius negotij ſecretum habes & (niſi truncus exiſtas) intelligere potes, quid velim.

De Tinctura Salis philoſophorum.

℞. Salis auri.
Salis antimonij.
Salis meliſſæ ana ℥.ß.
Salis communis puri, petroſi. ℥.viij.

Miſce & ſuper fruſtum panis ſtratum, ede. Non mireris ſi dicatur Sal auri, Sal antimonij, quæ non ſalia propriè dici poſſunt, at alcalia potius,

potius,quum ſciueris quæ ignorare te minimè decet,non miraberis amplius.

Alia Salis Tinctura.

℞. Salis gamandreæ,vel chamedrios.
Saliscichorij.
Salis valerianæ ana ℥ j.
Salis abſynthij.℥.ß.
Salis vitrioli ʒ.j

Condantur eiuſmodi ſale cibi & quicquid eduliorum ægro fuerit appoſitum,vſque dum vlcus habere meliùs appareat.

Eiuſcemodi ſalium genera propriè ex arte dicuntur alcalia,naturaliter inſita ſunt corporibus omnibus,eliciuntur etiam ad hunc modum. Adure corpus in cineres,è quibus capitellum elixato,vel lixiuium,clarificato per filtrum,& elixatione fac liquorem abſcedere,ſal vel alcali reſidebit in fundo.

Chirurg.Mag.Partis ij.lib.iij.tractatus cap. ij.iij.iiij.v.vj.ix.

Vlcerum cura per mundificationem

Mundificatio,

℞. Terebinthinæ.℔.j.
Ouorum vitellos numero xx.

Miſceto agitationibus crebris,& adde partem æqualem puri boniqu e mellis, & coquantur igne lento mouendo ſemper vſque dum pulmentum vel fuſcum fiat vnguentum , quo manè veſperique ligato.

Mundat,& fœtorem tollit.

Additi-

Additio perficiens.

♃. Mixturæ præſcriptæ. ℔.j.
Terebinthinæ lotæ ℔. ß.

Commiſce quantũ calidiùs, at non bulliãt: & adde Galbani.
Oppoponaci ana. ℥. j.

Quæ poſteriora tamen, in aceto prius bullierint, vt mixtionem facilius admittant. poſtremò addas Ariſtolochię rotũdæ pulueratæ. ℥. j. ß. omnia permiſceantur. hoc vnguento, quæuis vlcera nullum ſal corroſiuum habentia per ſanantur.

Vlcerum cura per calcinata

♃. Ouorum vitellos, numero x.
Terebinthinæ ℥. vij.

In vnguentum reduc, vt moris eſt: cui calcinati non corroſiui. ℥. ß. addas, & permiſceas Ligato manè & veſperi: mirum in modum, vlcera mundificando, ſanat.

Concluſio vlcerum.

♃. Reſinæ communis. ℔. j.
Ceræ ℔. ß.
Picis græcæ. ℥. iij.

Mixtis omnibus admiſceto calcinati. ℥. j.

Vlcerum deprauatorum cura, per ſalia corroſiua, calcinata.

♃. Alumen vſtum & extinctum aceto. Oleũ ex arſenico per propriam ſuam reſolutionem

factum, ex his fiat vnguentum primum.

Secundum vnguentum.

Fiat ex vnguento de vitellis ouorum, cum alumine mixto.

Tertium.

Fiat cum vnguento de ceruſſá, & vitriolo calcinato.

Cura primum ab vnguento ſecundo erit incipienda, quo ſi curari nequit vlcus, ad primũ vnguentum recurrendum eſt,& ſi nolit iſto curari, tertium curabit optimè.ordo curationis & vnguentorũ non eſt mutandus,& ſi ſecundo vnguento primò vtamur &c.

Dolorum mitigatio in vlceribus per putrefactionem, & ablationem veneni.

Putrefactio.

℞. Aluminis vſti per acetum correcti. ℥ ß.
Salis armoniaci. ʒ. j.
Ouorum vitellos numero. iiij.
Mellis coclear. j.
Farinæ hordeaceæ. ℥. ß.

Fiat vnguentum, quo ſingulis quaternis horis ligato ſemel, implendo foramen ſuperius linteo cerato, ne pus effluat obſtruas. Ter aut quater eo facto, ſeparabitur inualidum à bono, citra dolorem.

Extractio veneni à carne quæ bona remanſit.

℞. vitrioli albi tritiſſimi, quantum voles, &

ponatur

ponatur in ollam coopertam ſuper ignē lentum, & quum iam liquefieri cœperit terebinthinæ tertiam eius partem paulatim iniicies, & mouendo ſemper tantundem vt prius terebinthinæ adiicies, idque ſæpius facito, donec in albi vitrioli ℥.ß. terebinthinæ ℥. ij. introduxeris.

In materiam hanc intinge filamenta linteorum, & calida ſuperponātur. Si materia durior exiſtat, oleum addito lini. Cura poſtmodum ſodicariis emplaſtris ſticticis ex colophonia, per quindecim dies, & venenum in forma puris extrahetur. Poteris etiam poſt quintum diem addere calcinatum vnguento.

Vlcerum cura, per balſamum ex tartaro.

℞. Salis petræ ℔.j.
Arſenici. ℥.j.
Calcis viuæ. ℥ iij.
Tartari. ℥ ix.

Contrita ſimul in olla fictili calcinabis, calcinatum ſolues, ac per filtrum ſtillare facies. Primò tamen, ſolutum hoc adures ter per ſe, coagulando prius, eique tantum vt ſui pondus exiſtit addendo ſalis petræ. Calcinabis iterum, & adhuc bis iterum. Poſtremò ad vltimam coagulationem acetum deſtillatum affundas: hoc toties abſtrahes igne vehemētiſsimo, donec in dulcedinem tranſeat, & oleo hoc totum crus madefiat. Poſtea repleatur oleum alumine cal

cinato, per acetum extincto, vt inſpiſſetur, &c.
Singulis vigenis & quaternis horis ligato abſque intermiſſione, donec omnis rubedo, & tumor abeant.

Additio.

Ad ℔. ij. iſtius olei, adiice dragacanthi in aqua roſarum ſoluti ℥.ij. Caſuræ tritæ ℥.ß. Omnibus commixtis, vnge crus totumque membrum, & foraminibus infunde.

Sanata perungantur oleo balſami puro, citra quamuis additionem, decem diebus à cura. Singulis annis etiam ad ſuras aperiendæ venæ conuenientes, aliquot vicibus.

Vlcerum cura per balneationes.

℞. Pinea viridia abietina ſucci plena, M ij.
Locuſtarum, id eſt, extremitatum Iuniperi.
Corticum fagi ana M.j.
Chelidoniæ.
Cæpeæ.
Anagallidis aquaticæ.
Foliorum quercus ana M.ß.
Hyrundinariæ.
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℔.ß.

Bulliant omnia in aquæ tanta quantitate, quantam ſat eſſe putes, & balneum hoc eſto pedibus, manè & veſperi.

Aliud balneum.

℞. Diapenſiæ,

Pyrolæ

Pyrolæ.
Serpentariæ vel ophiogloſsi.
Foliorum quercus ana M.iij.
Hyrundinariæ ana M.j.
Conſolidæ maioris.
Ariſtolochiæ rotundæ ana M.ß.
Pineorum abietis viridium M.j.ß.

Coquantur vt ſupra: ſed eiuſmodi balneum, tertio quoque die debet innouari, aut fœtebit.

Vlcerum curæ per olea deſtillata & aquas ex gummi, &c.

℞. Cariophillorum ℥.x.
Zinziberis ℥.j.
Nucis muſcatæ ℥.ß.

Deſtilla ſimul per alembicum & ſepara gradus, vt iuxta gradus etiã dolorum vti valeas.

Aliud balſamum.

℞. Olei oliuarum ℔.j.
Thuris ℥.ß.
Cariophillorum ℥.ij.ß.

Deſtilla ſimul per alembicum, & ſepara gradus.

Aliud balſamum.

℞. Terebinthinæ ℔.j.
Petrolei ℥.j.ß.

Deſtilla ſimul, vt ſupra, iuxta gradus.

Aliud optimum præ cæteris.

℞. Thuris.
Maſticis ana ℥.j.ß.
Cariophillorum ℥.j.

Mummiæ ℥.ij.ß.
Bdelij ʒ.ij.
Galbani ℥.j.

Deſtilla ſimul omnia,& ſepara gradus.

Additio.

Deſtilla oleum oliuarum,etiam per gradus & ambo hæc olea mixta ſimul æquis partibus: repleto floribus hyperici ad ſummum,in vitro maneant,& macerētur, poſtmodum vtere,per ungendo vlcus extrinſecus , circumcirca, ſine intermiſsione donec dolores abeant. Curetur vlcus emplaſtro ex calcinato ſupra præſcripto.

Vlcerum cura per ſparadrap,id eſt, fluxionum retentionem.

℞. Coclearum limacum aduſtarum.
Corticũ ouorũ calcinatorum ana ℥. v.
Hæmatitis ℥.j.ß.
Boli armeni ℥.iij.
Terræ ſigillatæ ℥.ij.ß.

Terantur minutiſsimè, & cum dracagãtho in aqua roſarum diſſoluto miſceantur.Ligatura fiat ab inferiori parte , ſurſum aſcendendo.

Chirurgiæ magnæ Partis ij.lib.iij. Tractatu iij. cap.j.ij.iij.iiij.vj.vij.x.

Vlcerum & crurum eruptionum cura.

Quintuplex hoc loco neceſſaria curatio: pri

ma

ma Balneo: ſecunda tumorum ablatione tertia mundificatio quarta cõſolidatione quinta conclusione.

Balneum ſupra vapores.

℞.hirundinariæ ℥.ij.
Saniculæ,vel diapenſiæ.
Anagallidis aquaticæ.
Vſneæ lapideæ.
Florum ſambuci ana M.j.

Coquantur in aqua,in cuius vapore tãtum, & non in aqua fiat balneatio.

Poſſunt etiam addi.
Cam emillæ ℥.ii.
Fimi columbini M.iij.
Fimi gallinacei M.ß.

His efficacius reddetur balneum vaporoſum,quod fieri debet mane veſperique, ſingulis vicibus ante ligaturam.

Tumorum ablatio.

℞.Florum Tapſi.
Florum hypericonis ana M.ij.
Florum Sambuci.M.iij.
Florum Camemillæ M.ij.ß.

Coquantur omnia ſimul vino & aceto,Poſtmodum expreſſo toto liquore, damno ſuperponantur,vſque dum tumor abeat.

Mundificatio.

℞.Vnguẽtum ex vitellis ouorum,quod calcinato mixtum acutius effectum ſit.hoc ſingulis diebus repleto bis tamdiu, donec fundum optimum, & immunditiæ fœtore, &c. carentẽ, perceperis.

Conſolidatio.

℞. Emplaſtri vulnerarii de colofonia ℥.iij.
Vnguenti vulnerarij de litargyrio ℥. vj.
Reſinæ puriſsimæ ℥.j.ß.

Liquata ſimul omnia, permiſceantur in vnguentum, addito croco Martis, & calcinato, ad acuendum. Ligabis ex emplaſtrorum ordine, quouis die bis : innouato etiam emplaſtro, iuxta neceſsitatis exigentiam.

Ad concluſionem.

℞. Ouorum corticum calcinatorum ℥.ß.
Aluminis vſti & extincti. ʒ. j.
Croci martis. ℥. j. ß.
Thuris.
Maſticis.
Mirrhæ ana. ʒ. ß.

Contuſis in minutiſſimum puluerem vtere, donec prorſus concludātur. Suis temporibus laxandæ venæ conuenientes ne redeant.

Vlcerum fœtidorum cura

Mundificatio

℞. Pineorum recentiū abietis, in Mayo numero triginta.

Aqua tamdiu coquito, donec reſinam totā emiſerint. Euaporare ſinito aquam bullitione, t ſola reſina maneat in forma terebinthinæ, cui miſcebis ouorum vnguentum, & calcinatum pro neceſsitate.

Conſolidatio.

℞. Ceræ ℔.j.

Colo-

Colophoniæ ℔.ß.
Reſinæ pineorum abietis. ℥.iij.
Liquatis, pulueres adiicito.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Conſolidæ maioris ana ℥.ß.
Maſticis ʒ.ij.
Myrrhæ ʒ.vj.
Carabis flaui ℥.j.ß.
Vernicis ℥.ij.
Fiat vnguentũ, quo manè & veſperi ligetur.

Vlcerum curatu difficilium cura.

Mitigatio.

℞. Cariophillorum ℥.iij.
Granorum Iuniperi.
Sulphuris vitriolati ana ℥.j.ß.

Deſtilla per retortum in olei formam, vaſis obſtructis. Huic oleo, medietatem eius adde olei laterini, & quartam partem trium mitigatiuorum. Omnia ſimul iterum deſtillabis, vt prius. Dolores illiti hoc oleo ſedantur.

Mundificatio.

℞. Olei de arſenico fixo ℥.v.
Olei de cariophillis ℥.iiij.
Reargaris clari, perſpicui & chriſtallini ʒ.j.

Simul omnia permiſce, quibus intinge linteolum, ſuperpone, tam latè ac extenditur vlcus & omne damnum. Singulis duodenis horis iteretur madefactio lintei, & applicetur, idque tertiò, quo peracto excaram tenuem abii-

ciet,& ſub ea fundus recentiſsimus apparebit. Poſtremò ligato alio mundificatiuo ad alia vel cera poſito, ter aut quater.

Cura.

Solis emplaſtris mundificatiuis conſolidentur,&c.

Oſſium corroſorum & aduſtorum refrigerium.

♃.Olei de camphora,cũ ouorum albumine facti.

Olei cariophillorum ℥.ij.

Miſce, & ligato, donec oſſa carnibus rurſus obducantur.

Vlcerum iu latum rodentium cura.

Duplex eſt iſtorum vlcerum cura: videlicet: per olea metallica, & per dulcedinem Mercurij, quolibet die bis inungendo. Potiſsimum & optimum eſt oleũ Saturni, poſtea Lunæ, poſt Martis, inde Veneris,& poſtremò Iouis. Hæc omnia longè ſuperat dulcedo Mercurij, quæ pariter olei formam habeat.

Vlcerum variantium. cura.

Duplex eſt etiam iſtorum cura, ſcilicet, Mercurio præparato, vt ſequitur, & Coloffonia, lithargyrio,& gummi.

Præpa-

Præparatio Mercurij.

Coagula mercurium per aquam aluminis,& eiuſmodi coagulatum reduc in puluerē, miſce cum vnguento fuſco , & illine donec fundum recentem habeas.nullo dolore patientem afficit.

Emplaſtri ad curam compoſitio.

♃.Lithargyrij.
Olei cerę ana ℔.j.
In eo cerato bullire facito,
Colophoniæ ℔:j.poſtmodum inijce.
Thuris.℥.j.ß.& poſtremo.
Vernicis ℥.ij.ß.
Reduc ad formam emplaſtri.

Vlcerum defluentium cura.

Exciccentur croco Martis& mundificētur, vt ſupra , ſatis erit. habeat reſpiraculum , ſiue fluat,aut non.

Vlcerum ex propria conſtellatione cura.

♃.Chelidoniæ M.iij.
Foliorum quercūs M.ij.

Terantur , in fimo putrefiant , & in oleum deſtillentur,hoc lauabis,ad incarnationem,& inſperges vlceribus puluerem, ex eiſdem contritum.Erit hoc tibi certiſsimum in conſtellatis vlceribus remedium.

Chirur-

Chirurgiæ magnæ Partis ij.lib.iij. Tractatu ij. cap.v.vj.vij.viij.ix.xj.xij.

Vulnerum accidentium aut Symptomatum definitiones. & curæ.

Paroxiſmus in vulneribus.

Dicitur quum vulnera primò caleſcunt admodum, & poſtea frigus incidit, febrium inſtar alternis diebus vel horis.

Ardor.

Vbi calor oritur in vulnere, qui per totum corpus extenditur, ceſſat, ſuo tempore determinato redit, nullo frigore ſuccedente.

Stupefactio.

Dicitur quando vulnus indormiſcere videtur, ac ſi formicæ in eo diſcurrerent.

Cura iſtorum accidentium

℞. Calaminaris lapidis.
Litargyrij.
Minij. ana. ℔. ß.
Tutiæ. ℥ij.
Ceræ.
Olei mirtillorum ana. ℥.ix.

Cocta ſimul in ceratum, applicentur. Similiter oleum camphoræ vulneribus illitum. Itē ℥.ß. Mitridaticæ conſeruæ pota, ſingula per ſe curant, aut ſimul adhibita, iuxta neceſſitatem

Tumor vulnerum, aut ſaccus.

Eſt, quando vulnus tumet vnà cum calore

vt ſi

vt ſi digito comprimatur, foſſulam efficiat manenté, vt in hernia aquoſa: alij verò tumores, accidentia non ſunt.

Cura tumorum eiuſmodi.

℞. Naſturcii aquatici.
Nenupharis ana quod ſufficere videbitur.

Coquito ſimul in aceto roſaceo, calidaque ſuperponito.

Alia cura.

E furnis argillam aduſtam in aceto roſaceo coctam ſuperimpone.

Alia.

Melaones in aceto ſimili coctos applicato, vel etiam Ictis ſpongiam aceto coctam.

Vermes.

In vulnere naſcũtur incuria, vel potius imperitia chirurgi, medicamentum inualidum applicantis. quo fit vt caro putreſcat in vermium generationem &c.

Putreſcentia.

Cum vulnus ita putreſit, vt curam non admittat.

Foraminatio.

Fit, quando vulnus ſerò nimium ſanatur aut retardatur, fluxus introducitur, inde foramen.

Fœtor.

Nonnunquam ſiue ſanetur, ſiue non, fœtet vulnus: indicium eſt, praui medicamenti, vel calidæ naturæ.

Cura

Cura quatuor iſtorum accidentium.

℞.Mellis ℔.ß.
Aloe epatici ℥.j.
Succi chelidoniæ ℥.vj.
Salis communis ℥.ß.

Omnibus permixtis, fiat lotura, qua vermes & alia quæ dicta ſunt accidentia pelluntur.

Alia cura.

℞.Conſolidæ aureæ.
Conſolidæ rubeæ ana M.j.
Mellis cocti deſpumatique.℔.ij,
Salis gemmæ ℥.ij.
Vini ℔.j.ß.

Coquantur in loturam, &c.

Ignis Perſicus, aut Pruina.

Dicitur, vbi vulnus ſub curæ finem intumeſceret, ob calorem, & glauco, fuſco, poſtremo nigro coloribus tingeretur, & incenderetur.

Cancer.

Eſt, quando vulnera calorem & cum eo fluxum concipiunt, iuxtaque vulnus foramina producerentur & circum exeſa cernerentur.

Cura duorum horum eſto.

℞.Vitrioli ℥.j.
Gummi amborum minorum ana ℥.ij.
Ocrę ℥.ß:
Vini, & aceti ana ℔.j.

Cocta calidaque ſuperligentur.

Alia Cura,

℞. Litargyrij ℔.j.
Aluminis ℔.ß.
Salis ℥.ij.

Thuris

Thuris ℥.iiij.
Gummi romani ℥.v.
Vini, aquæ, aceti ana ℔.j.

Coquantur ad quartam horæ partem, & calida ſuperligentur.

Item ſanguis deſtillatus, ſuperpoſitus, aufert accidentia dicta.

Conſumptio membri, vel ariditas.

Dicitur quando vulnera perperam curata ſunt, vt liquores naturales, liberos meatus, non ſed obſtructos reperiant, eos abſumit natura, & ob defectum alimenti, membra coguntur areſcere.

Tremor.

Vbi tremor inuadit membrum & vulnus, etiam poſt ſanationem, vt quieſcere nequeant.

Contractura.

Quando membrum impotens factum, debilius eſt, quàm vt minimum pondus ſubleuare queat.

Contractio.

Quoties membrum diſtentium aut curuũ remanet, vt vel incuruari, vel extendi nequeat

Cura quatuor iſtorum accidentium.

℞. Galbani ℔.j.
Terebinthinæ ℔.iij.
Olei laurini.
Olei oliuarum ana ℥. iij.

Fiat oleum, cuius vſus manè, & veſperi per quam vtilis.

Alia cura.

℞. vulpis adipis.

Adipis

Adipis Taxi, ana ℔. ß.
Medullæ de mummiis. ℥. iij.

Fiat vnguentum, quo manè & veſperi perũcta membra curantur optimè.

Contorſio.

Quando membra ſimul per neruos,cum tremore contorquentur & incuruantur : item os & oculi deformiter inuertũtur ſpauentoſis torſionibus.

Spaſmus & Tetanus,

Duæ cõuulſiones vulnerum exiſtunt,& quãdoque membrorum ſimul.

Cura trium iſtorum.

℞. Sandali maris ℥j
Amigdalarum leporum ℥. ß.

Fiat puluis, de quo detur ʒ.j. cum aqua baſiliconis in potu: Si poſt priorem hauſtum redirent adhibe ſecundum. Ad collum ſuſpendes eiuſmodi puluerẽ:& manu tenẽdus ſtrictè, vt in ea caleat.

Fiſtula.

Quum vulnus clauditur ſuperiùs, excepto foramine paruo, inferius,ad huc exiſtit.

Cura.

℞. Emplaſtri de Mummia ℥. ij.
Viſci de botin ℥.ß.
Liquoris conſolidæ rubeæ.ʒ.j.

Fiat emplaſtrum & ſuperimpoſitum per dies ſex maneat immotũ,immotum poſtmodum innouabis,& æquè diu relinques.

Alia.

℞. Aquæ Galitheni ℥.iiij.

Olei

Olei vitellorum ouorum. ℥.j.
Mummiæ liquorum ℥.vj.

Fiat oleum, quo madentes panni ſuperponantur.

Gluten album, aut Synonia.

Quando clarum è neruis quid effluit, & viſcoſum, in forma albuminis oui.

Sanguinis fluxus.

Quum vulnera ſub medicamento, vice qualibet ſanguinem emittunt, cum ſudore.

Caro ſuperflua.

Ea naſcitur in vulneribus, præter neceſsitatem, & putrida.

Curatiuum.

℞. Cerati de Mummia. ℥. iij.
Olei de ſpica. ʒ. j.
Teſticulorum toſtorum ana. ʒ. iij.

Ex omnibus fiat emplaſtum.

Tubercula vel verrucæ.

Quoties in vulneribus calculi naſcuntur, iſtis, cum illis vna ſanationem & curam admittentibus.

Cura.

Locum ſingulis diebus inunge oleo ardenti &c.

Fungus

Quum poſt vulneris curam, & concluſionem, verrucæ quædã enaſcuntur, & tumor ſpongioſus, quantitate duarum, triũ, aut quatuor librarum, vt agaricum ex abiete fœtẽs, ac foraminibus ſcatẽns.

Cura.

℞. Filum arſenicale, quo fungum abſcindas: Siſte ſanguinem, & oleo ardente perunge vulnus. Eo conſumentur oleo verrucæ, & fungi, ſuis à radicibus, & ramis, e quibus oriuntur. Conſumptione peracta, curabis poros emplaſtro de Mummia. Si tamen ſanguis abundè nimium efflueret, laxato venam retro fungum, & refrigera, vti de ſanguinis repreſsione dictum.

Fiſtula puſtuloſa.

Deprehenditur, quum vulnus repentè nimium concluditur priuſquam fundamentum poſuerit, & ea de cauſa putreſcit.

Cura.

℞. Liquorum carabis.
Aſphalti.
Ammoniaci ana ℥.ß.
Cerati de Mummia ℥.iij.

Miſceto ſimul in emplaſtrum, & applicato.

Opilatio.

Fit ex debilitate naturæ, ob nimiam ſanguinis effluxionem, qua fit, vt ęger beneficium ventris non habeat, neque veſicæ.

Cura.

Serapino, vel Mummia vltramarina purgetur æger, iuſto pondere potionibus vulnerariis admixto, quibus & illis, vnà ſimul vtẽdum.

Hæmoptoica, Sputatioque ſanguinis.

Procedit ex ſanguine congelato, qui retentus intrinſecus, ab exordio minimè purgatus, ex ore quærit emunctorium.

Cura

Cura.

℞.Reubarbari.
Liquorum de lacca ana ℥.j.
Mummiæ ℥.ij.

Dentur in potu pondere ʒ. quamdiu ſanguis expuitur. Si fortè non ceſſaret, mummiæ ſylueſtris addenda pars tertia, ſed eius tũ ʒ.ß.adminiſtranda.

Chirurgiæ Paruæ,lib. I,cap.XII.XIII

Vlcerum cura per antimonium præparatum,

Accipe antimonij.
Colcotharis.
Florum æris ana quantum voles.

Strato ſuper ſtratum poſito reuerberentur Quo facto animam extrahas vino rubeo,& inde fac alcali,quod cum oleo mixtum ſit in linimentum circum vlcerum orificia.

Addi poſſunt.

Ad huius præparati antimonij ℥.iij.
Olei colcotharini ℥.ß.
Olei lentiſcini ℥.iiij.ß.

Fiat vnguentum quo perungãtur vlcerum orificia.

Lib.de præparationibus tractatu. I.de antimonio.

Vlcerum cura per Mercurium.

Amalgametur cum ſtanno, pulueriſetur

 ac ſul-

ſulphuris pulueri commiſceatur. Deſtilletur ac oleũ ab aqua ſeparetur ad vlcera perſananda.

Vlcerum cura per oleum Mercurij præſtantiſſ.

Calcinetur Mercurius per aquam fortem, aliquoties, & poſtmodum abluatur aqua ardente, vt corroſiuum aquæ fortis exuat, In aceto digeratur, & per filtrum ſal eius extrahatur. Acetum per balneum pellatur, vt in aridũ puluerem euadat album. Hic abluatur aqua chelidoniæ, tandem exiccatus, humido loco ſoluitur in clariſſimum liquorem ad quæuis vlcera perſananda.

Vlcerum in ore cura.

℞. Cupri cementi. ℥. ij.
Aluminis candidi vſti.
Aluminis rupei ana. ʒ. vj.
Aceti deſtillati. ℔. j.
Extrahatur alcali.

Addi poſſunt.

Ad eius floris æris. ℥. j.
Aquæ chelidoniæ. ℥. iij.
Aquæ aluminis. ℥. j.
Fiat inde gargariſmus.
Lib. præparationum, de cupro.

Vlcerum purgatio, per Cardonium ex vitriolo.

Huius ℥. v. ſuſpenduntur in viginti menſuris vini recentis, aut muſti, & cum eo repurgentur, eius per vicem coclear vnum aſſuma-

tur

tur: poterit etiam idipſum fieri vino veteri.

Cordonium ex tartaro ad eundem vlcerum effectum.

In vini recentis menſuris quadraginta repurgetur liquoris tartari deſtillati ℔. j. per ſe naturaliter, vt ſupra, & eius coclear vnum adminiſtretur per vicem.

Vlcerum purgatio per potionem Centauriæ præparatæ.

Maceretur hæc in aqua ardēte & poſtmodū extrahatur eius eſſētia quinta iuxta cōmunem vſū. Huius extracti guttas decē adminiſtrabis in vno cocleari aquæ alicuius deſtillatæ, vel plurimum herbarum vulnerarium vt ſupra

Vlcerum purgatio per Eſulam præparatā.

Huius recentis radicem, herbam, atque ſemen in ſero lactis coquito, quouſque liquorē habeas, hunc exprimito, & coquendo ſuauiter elixato, donec indureſcat: Adminiſtrabis aliquamtulum ſingulis diebus manè in potum.

Vlcerum purgatio per ſylandam præparatam.

Coquatur in aqua ciclaminis deſtillata, cooperto vitro per horam, expreſſa poſtmodum aqua recenti ciclaminis aquæ permiſta bibatur, mane ſingulis diebus, ad quantitatē coclearis vnius.

Vlcerum purgatio per Iuniperum.

Summitates Iuniperi plantæ præparentur

in liquorem, cum oleo de ſpica, & partibus æqualibus adminiſtrentur in potum. Medicamenta hæc omnia fluxiones ſalium ſiſtunt mineralium.&c.

Lib.ij.de apertionibus cutis.cap.iij.

Vlcerum cura per balſama.

℞. Solis foliati ℈.iiij.

Alcoolis vini de pino, de Meliſſæ, &c.℥.ij.

Per duas ſeptimanas maneant in digeſtione, poſtea butyrum abſtrahe, digeriq; ſinito per menſem. Poſtremò per balneum excipito balſamum. hoc longè maiora curat, quam vlcera.

Balſamum ex ferro.

Primò per acetum deſtillatum, in crocum reuerberetur, ab eo demum ſal armoniacum nonies abſtrahatur, & poſtmodum in oleum reducatur optimè dulcificatum.

Vſus amborum eſt.

Aureum qualibet ſeptimana ter, vlceribus applicetur.

Ferreum verò ſingulis duodenis horis ſemel.

Balſamum ex cupro.

Cuprum rurſus in ſuum vitriolum reduc, iſtud, in aquam & colchotar in oleum rubeum.

Balſamum ex plumbo, vel dulcedo Saturni.

Reducatur plumbum in cineres, e quibus per deſtillatum acetum ſpiritus eius abſtrahatur vt eiuſmodi dulcedo in oleum tranſeat.

Balſamū

Balſamum ex argento viuo aut dulcedo Mercurij

Coaguletur per colchotar, & in oleum reducatur, vt ſupra de aliis, cum aqua partheniónis adminiſtratũ. alia quæuis balſama ſuperat Item argẽtum viuum in ſuos flores adductũ per præparationẽ vlcerum eſt potiſſima cura.

Balſamum Arſenici

Reprimatur eius venenũ per ſal vrinæ, tum demum per ſeipſum in oleum abit.

Balſamum Antimonij

Coquatur in pultes per aquam vitrioli, eleuetur ab eo ſal armoniacum: elice poſtmodũ ſpadicem rubeumque liquorem.

Chirurgiæ mag. Partis iij. lib. v. cap. j.

Vlcerum cauernoſorum & putridorum cura.

℞. Croci, Hermodactilorum ana grana. iij.
Olei nucum grana iiij.

Permixta ſimul in quinque partes æquales diuidãtur, quarum vnam ſingulis noctibus adminiſtrabis. Deinceps emplaſtrum infra præſcriptum per totum crus, pro damni latitudine extenſioneque, vngito & ligato.

Emplaſtrum ad vulnera cauernoſa.

℞. Ceræ (puto) Reſinæ abietis albi. ℔. j.
Viſci de botin. ℔. ij.
Reſinæ communis. ℔. j. ß.

Liquefiant omnia ſimul, & adde,

Olei nucum. ℔. iij.
Minii, litargyrii.
Lapidis calaminaris ana ℔. ß.
Tutiæ. ℥. j.
Carabis. ℥. iij.

Terenda conterantur, & ex omnibus fiat Ceratum, cui, poſtquam ſatis coctum erit, ad calcis corticum ouorum. ℥. vij. ß. In Magdaleones malexentur. Emplaſtrum hoc applica, & immotum relinque duobus diebus cum ſuis noctibus. Tum demum amoto recens ſuperponito, idque ter repetendo. fluxus excitabitur. totaque viruletia profluet, tumor reſidebit, ſedabitur omnis dolor. Deinceps iſto perſanabitur vnguento, videlicet.

♃. Butyri non cocti ℔. j.
Terebinthinæ lotæ. ℔. ß.
Succorum Parthenionis.
Chelidoniæ ana. ℥. iij.
Ceruſſæ ℥. j. ʒ. ij.
Ceræ, quantum ſatis ad incorporandũ.

Chirurgiæ Paruæ lib. ij. cap. vij.

Vlcerum emortuorum cura

Mundificatio.

Calcinatum vnguento de melle permiſceto pro damni qualitate, ligatoque tamdiu, donec bonum fundum percipias, & nullam adeſſe carnis putredinem, quod plerunque fieri ſolet die quinto.

Conſo

Conſolidatio.

Poſtmodum emplaſtra vulneraria ſuperpones de litargyrio,& colofonia,quib. curato.Quinto quoque die renouabis emplaſtrum hoc.

Concluſio.

℞. Crocum Martis, qui per ſe,præter additionem aceti,vel corroſiui, combuſtus eſt, aut reuerberatus. Puluerem hunc bis quouis die ſuperſparges, non prius tamen, quam lotura hac vlcus laueris.

℞. Aquæ communis ℥.j.
Aluminis ℥.ij.
Salis communis ℥.ß.

Permixtis omnibus lauabis,exiccatoque vlceri crocum inſpergendo concludes.

Chirurgiæ magnæ. Partis. III. Lib. III. Tractatu II.cap.IIII.

Vlcerum ſimul aggregantium cura.

℞. Vnguenti vitellorum ouorum ℥.iij.
Olei Mercurij ℥.j.

His permixtis in finem vſque ligato,vel olei loco Mercurij,ſume calcinati magni ℥.ij.Aut in locum iſtorum omnium accipe vulnerarium vnguētum, calcinato magno permixtum, pro ratione damni,&c.

Per calcinatum maius intellige, quod arte calcinationis & aliarum operationum chimicarum,præter ſui naturam propriam,ad quandam dulcedinem adducta ſunt, vt Mercurij,

Plumbi, vitrioli, Salium, ac ſimilium dulcedines.

Chirurgiæ magnæ Partis II. Lib. III. Tractatu III. cap. III.

Vlcerum cura per interna medicamenta.

℞. Ciclaminis M. ij.
Saniculæ albæ. M. j.
Herbę Sophiæ. M. ß.

Coquantur in vino, ad modum vulnerariæ potionis, & adde olei caryophillorum deſtillatione tracti ℥. j. ß. Propinentur quolibet die tres, & æquales hauſtus, &c.

Fiſtularum eiuſmodi cura per illitionem.

Deſtillato ſimul ℥. iij. olei laterini.
Olei terebinthinæ ℥. vj.
Olei caryophillorum ℥. j. ß.

Huic deſtillato addes.
Myrrhæ.
Thuris.
Maſticis ana ℥. ij.
Mummiæ ℥. iij.

Et ſecundo deſtillabis, per ſyringam in foramen expues, ad fundum vſque, diebus ſingulis bis, & ablue ſæpius aqua ſalſa, vel vino.

Cura extrinſeca.

Appone emplaſtrum calcinato permixtum, manè & veſperi, iuxta communem vſum.

Oleum Saturni.

Oleum

Oleum Mercurij.

Aqua Mercurialis.

Certiſſima ſunt fiſtularum medicamenta, quæ nullo modo fallunt medicum.

Chirurgiæ magnę Partis II. Lib. III. Tractatus II. cap. II.

Vlcerum cura.

℞. Terebinthinæ.

Succi alkekengi ℥.vij. Ablue.

Eius ablutæ ℥.iiij. ſume.

Thuris ℥.ß, Gallarum ʒ.i.ß.

Commiſceto. Doſis eſt ʒ.ß. & quandoque ʒ.j.

Addi poſſunt.

Ad eius terebinthinæ præparatæ ℥.ij.

Olei deſtillati non ardentis ℥.j.ß,

Viſci lubricorum terreſtrium ℥.v.

fiat vnguentum.

Lib. præparationum, de Terebinthina.

Vlcerum cura in acceſsione prima caloris priuſquam centrum ponant.

℞. Myrrhæ rub.

Thuris ana .℥.ß.

Vtrunque per ſe cõtuſum, peculiarique ſuo ſacculo clauſum, coquatur in aceti optimi mẽſura ß. & vna menſura vini albi. Poſtmodum

intinge

intinge huic decoctioni calidiſsimũ linteũ, & madidũ centro ſuperpone: ſiccũ præ calore, iterum intinge rurſumque ſuperponẽ, idque: toties, donec omnis calor abeat,&c.

Vlcerum ſecunda cura, ipſis iam apertis, ad mundifica- tionem.

℞. Aluminis vſti, aceto prius extincti. ℥.j.ß.
Mellis ℥.v.
Aloe epatici ℥.j.

Puluerãda puluerentur, & mixta coquãtur ad humiditatis abſumptionem, nec tamen induréſcãt. Hoc ſuperligato mane veſperiquè. Si fuerit opus ob deprauationem, addito parum calcinati,&c.

Cura poſt mundificationem.

℞. Fodicatorum emplaſtri, iuxta conditione vulnerariæ medicinæ compoſiti. hoc agitato, miſcetoque, ℥.j. croci martis, & ℥.ß. calcinati. Ligabis vlcera hoc appoſito vnguento, manè & veſperi, vſque dum concluſa ſint.

Vlcerum tertia cura.

Vide vt in ſanitate conſerues, ne iterum erumpant, ad hunc modum. Singulis annis aliquoties aperiantur varices, & venæ tempeſtuoſæ, in ſuris atque talis, externè vel internè iuxta conditiones, & proprietates, vlcerum, antea

curatorũ

curatorum.

Chirurgiæ magnæ Partis.ij.lib. iij. tractatus ij.cap.j.

Vlcerum quorumuis cura.

℞. Aluminis rupei ℔.x.
Succi chelidoniæ,
Plantaginis ana ℔.j.
Parthenionis.℔.ß.Deſtilla ſimul.
Ad eius deſtillati.℔.j.addantur.
Aquæ communis ℔.x.
Fiat balneum calidiſsimum vt vix pati poſſit,optimum eſt etiam in alopecia tineaque remedium.
Lib.præparationum,in Alumine.

Vlcerum cauernoſorum cura.

Sedatis varicibus,ex iſtarum cura.
℞. Litargirij,Minij ana ℔.ß.
Olei oliuarum ℔.j.
Ceræ ℔.ß.reduc in empiaſtrum. Poſtmodum.
℞. puluerum aranciorum.
Chelidoniæ.
Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥.iij.
Formetur emplaſtrum,&c.
Lib.de Apoſt.cap.xxix.

Vlcerum & vulnerum cura.

℞. Talcis,cinerum fabarum,

Arena

Arenæ ana ℔.j.

Reduc per diem naturalem,in ignis quarto gradu.demum optimè lota ſiccetur. fundum purificat,mundat,& à fiſtulis tuetur.

Addi poteſt.

Huius accipe talcis præparatę ℥.j.
Liquoris mummiæ.
Terebinthinæ ana quantum ad formãdum vnguentum ſufficit.Hoc profonda,cauernoſaque vlcera curat,corrodentia & fluentia.
Lib.præparationum,de talce.

Vlcerum cauernoſorum cura.

℞.Nitri,Aluminis ana ℔.ß.
Deſtillentur in aquam.

Addi poſſunt.

Ad aquã iſtam,aquarum plantaginis,chelidoniæ,foliorum quercus ana ℔.ß.
Libro præparationum,de Nitro.

Vlcerum ſanguinolentorum cura.

℞. Hæmatitis,luti lephantei,
Boli armeni ana ℥.iij.

Miſceantur cum dracagantho per acetum reſoluto in bolum vel paſtam,poſtea reuerberentur in quarto gradu ignis,& extrahatur alcali.Ad eum modum præparatus hæmatites, eſt vtiliſsimus ad vulnera,& ad vlcera,Lupum, herpetam,&c.quum ab eis effluit ſanguis.Cõſtringit enim venas , vt nullus ſanguis ex eis

manare

manare poſsit, quibus fuerit inſperſus.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati hœmatitis ℥.j.
Gallarum ℈.j. Serapini ℈.j.ß.
Olei de ferro, de floribus malorum, quantum ſufficit ad incorporandum vnguentum: nam in fœtentibus vlceribus, vt in herpeta mordace, æſtiomene, &c. oleum de ferro, & liquor mummiæ valde ſunt vtilia.
Lib. præparationum, de hœmatite.

Vlcerum interiorum cura.

♃. Maſticis ʒ.ß. Hermodactilorum ʒ.ß.
Deſtillentur. Doſis eſt grana iiij. & quandoque. x. in optimo vino.

Addi poſſunt.

Ad eius præparati maſticis ℥.j.
Olei laterini ʒ.j.
Olei maſticis ℈.j.ß.
Doſis eſt à granis octo vſque ad xij.

Vnctio externa, & per os.

♃. Maſticis ℥.x. Terebinthinæ ℥.v.
Petrolei ℥.j.
Omnia ſimul deſtillentur. doſis eſt per os ℈.j. externè vngatur, quouis die ter, ſub auroram, meridiem & veſperum.
Lib. præparationum, de maſtice.

Vlcerum cura.

♃. Cupri ℔.j. Botri immaturi ℔.v.

Aceti

Aceti ℔.j. Salis armoniaci ℥.ß.

Ponantur in digeſtionem vaſe clauſo per menſem, & fiat alcali, id eſt flos æris.

Addi poſſunt.

Ad eius floris ʒ.j.
Vnguenti agrippini ℥.j.
Lumbricorum terreſtrium ʒ.iij.
Fiat vnguentum.

Additio alia in lotione.

Ad iſtius floris ʒ.v.
Aquæ aluminis ℥.xv.
Fiat lauamentum.
Lib. præparationum, de Cupro.

Vlcerum & vulnerum cura etiam cum flaxis & fragmentis.

℞. Magnetis. ℥.j.
Calcis corticum ouorum ℥.vj.

Stratificata reuerberentur per diem & noctem in quarto gradu, poſtmodum aufer calcem, &c.

Addi poſſunt.

Ad eius magnetis ℥.ß.
Carabis ℥.ij.

Puluериſatis iſtis adde Oppodeltoch vel apoſtoliconis ℔.ß. cum quo malagmentur.
Lib. præparationum, de magnete.

Vndimiæ cura.

Accipe Realgaris ʒ.j.

Talcii

Talci ʒ.iij.
Viſci quercini, quantum ſatis ad incorporationem. Fiat emplaſtrum ad aperiendum.
Poſtquam aperta fuerit.
Accipe Colophoniæ ℥.j.
Ceræ ℥.iiij.
Reſinæ de bontin, vt ſatis ſit pro formando emplaſtro mundificatiuo.
A mundificatione.
Sume Conſolidæ maioris,
Ariſtolochię rotundæ ana ʒ.ij.
Vitellorum ouorum
Therebintinæ ana, quod ſat ſit pro formando vnguento.
Lib. de A poſt. cap. xlviij.

Vnguentorum aut Ceratorum compoſitiones aliquot, ad omnia vlcerum vitia experimentum.

℞. Olei mirtini.
Ceræ.
Minii ana ℔. j. ß.
Cinabaris.
Florum æris.
Mummiæ ana. ℥. j.
Aloe epatici ℥.j. ß.
Oppoponaci ℥ij.
Terebinthinæ. ℔. ß.
Fiat vnguentum.
Aliud experimentum.
q ℞. Florum

℞. Florum æris ℔. j.
Olei anethini.
Ceræ communis ana. ℔. ß.
Colophoniæ. ℥. iiij.
Olei laurini. ℥. ij.
Terebinthinę. ℔. ß.
Mummiæ.
Maſticis.
Thuris ana ℥. ij.
Serapini.
Galbani ana. ℥. j. ß.

Fiat emplaſtrum ex arte, malaxentur oleo verbaſci.

Aliud experimentum.

℞. Spumæ Saturni,
Ceræ rubeæ olei ana ℔. iij.
Chelidoniæ.
Serpentinæ.
Guttoſæ ana. ℥. ß.
Maſticis.
Oppoponaci.
Myrrhæ.
Mummiæ.
Galbani ana ℥. j.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Thuris.
Ammoniaci ana. ℥. j. ß.
Terebinthinæ ℥. vj.

Fiat emplaſtrum, quod malexetur oleo de ſpica, vel oleo de lumbricis terreſtribus.

Aliud experimentum.

℞. Ceræ medionis. ℔. j.

Colopho-

Colophoniæ. ℥. iiij.
Coralli vtriuſque.
Magnetis.
Calaminaris lapidis.
Carabe.
Antimonii ana. ℥. j.
Mummiæ.
Thuris.
Myrrhæ.
Maſticis ana. j.ß.

Fiat emplaſtrum, quod malexetur oleo de Camphora.

Experimenta dulcia quatuor.

Primum.

℞. Mummiæ quantùm ſufficit,& igne tertii gradus aduratur in vitro, poſtmodum aperto vaſe per euaporationem exiccetur,in puluerē

Secundum

℞. Mummiæ quantum ſufficit, & huic affunde olei de vitellis ouorū ℥. iiij. exiccentur primò & ſecundo per deſcēſum iterum in calcem ſiccentur.

Tertium.

℞. Mūmiæ probè contuſæ quātum ſufficit, & olei lini tantundem addatur, & per duos dies digerantur. Poſtea affunde alcoolis vini, quantitatem vtriuſque, & biduo macerentur, vinum euaporet, ſicceturque materia, & ſeruetur.

Quartum.

℞. Mummiam ad libitum, & aduras in cinerem vſque dum alium colorem acquirat.Ex

eo lixiuium paretur, in ſiccitatem excoquatur & conſolidetur.

Experimenta duo, ex Carabe, vel ſuccino. Prius pro vlceribus depaſcentibus.

℞. Carabis.

Petrolei vtriuſque quantum ſatis eſt. Coquendo ſoluantur in liquorem, qui deinceps exiccetur.

Alterum pro cauernoſis vlceribus.

Carabe deſtilletur artificioſè, & exiccetur iterum.

Experimenta duo ex Myrrha fœtidis vlceribus curandis.

Prius.

℞. Myrrhæ quantum ſufficit, in alcoole vini degeratur per quinque dies, & exiccetur.

Alterum.

Myrrha cum Tragacantho per deſcenſum deſtillata prius, exiccetur. hac omne genus putridorum vlcerum curatur intus & extra.

Experimenta corroſiua, in dulcedinem redacta.

Tartari dulcedo, Mummiaque calcinetur igne vehementiſsimo horis xxiiij. Poſtmodũ aqua Culiculę dulcoratus exiccetur atque xv. aut xvj. vicibus iterum vna cum vino rectificato deſtilletur, & per abſtractionẽ ſemper exiccetur. Poſtremo ſuper marmor in aquam reſoluatur, non pinguem, nec oleoſam, quæ dulcis euadet ad vlcera vulneraque perſananda.

Vitrioli dulcedo aut Balſamus.

℞. Colcotar vitrioli, & ab eo rubedinem abſtrahe

abſtrahe per aquam pluuialem,quam coagulabis,& ex eodem coagulato rurſus extrahe rubedinem,idque quinquies aut ſexies facito vel ſæpius,donec ea materia coaleſcat in duritiem,inſtar lapidis,qui admotus linguæ ſummam dulcedinem referat. Hoc remedio ſyrones & alia grauiſsima curantur vlcera.Summa tamen dulcedo ineſt vitriolo qui ex cupro per chemiam elicitur.

Antimonij dulcedo vel Balſamus ſiue Mummia.

Antimonium reſolue cum armoniaco ſale, tũ demum aqua pluuiali dulcorato, & poſtea exiccatum ſuper marmor toties reſolue, donec colorem rubicundiſsimum lympidiſsimũ ac perſpicuum habeat.Hoc medicamẽto fiſtula, cãcroſaque vlcera,venereo morbo permixta curantur optimè.

Argenti viui Balſamus,atque dulcedo,hæmatinaque virtus.

Aqua ouorum ſuper ſuam calcem deſtillata (in qua Mercurius extinctus ſit)in rubicundiſsimum puluerem reducatur, ad hunc modum præparatus miram dulcedinem acquirit qua quidem vlcera nec non vulnera, etiam veſicæ,aliàs incurabilia,faucium etiam ex ingluuie præcipitati vulgaris, optimè perfectiſſimèque ſanantur à radice prorſus.

Arſenici, & auripigmenti. Balſamus dulcedo,ſiue Mummia.

Fixãda ſunt per ſal nitri,& fixata reſoluẽda, Solutaq; in alẽbico ſublimãda,& in pinguem

aquam reducēda hac præparatione venenum amittunt.& ſine dolore corrodentia, cauaque vlcera perſanat omnia.

Ferri Balſamus.

Per aluminis aquam in reſinam adducatur rubicundiſsimam,iterationibus, ſeruata pinguedine oleoſa moderata.genus omne fluidorum,aut humentium,& flaccidorum vlcerum curat.Idem efficit crocus ferri,reuerberatione in alcool adducti.

Plumbi dulcedo.

Calcinetur, & ex cineribus per acetum & deſtillationem balſamus extrahatur , corpus hoc exaltetur,& in minium per reuerberationem adducatur: aut per aquam Serpentinæ pictæ, in Ceruſſam , vlcerum depaſcentium, ignis perſici, ac deprauatorum omnium remedium efficitur.

Cupri balſamus.

Extrahantur flores ex eo,per botin deſtillatum,ad laminas inunctum, in quo reſolutum ſit prius,vitriolum,è cupro tractum id eſt è floribus eius per reſolutionem,& in alcali coagulationem. vlceribus corrodentibus maximè prodeſt ad curam.

Chirurgiæ magnæ Partis iiij.lib.x.

Vnguentum ad omnia vulnera corporis,inteſtinorum vulneribus exceptis.

℞. Axungiæ.

Buty

Butyri ana ℔.j.
Liquoris Parthenionis.
Conſolidæ aureæ.
Conſolidæ maioris ana ℥.iij.
Serpentariæ.
Plantaginis ana ℥.j.ß.

Omnia commixta ſimul,veteri ſuo loco decoquito,ad vnguenti,vel butyri formam.

Additio.

℞. Viſci lumbricorum. ℥.ß.
Medull a bouis ℥. iij.
Mummiæ noſtratis .℥. iiij.

Ceræ ſatis ad vnguentum in formam reducendum veſtra voluite reuoluiteque recepta,videte Galenici num illa ſimul omnia, hoc vnicum, virtutibus æquare queant . En vobis, flocci vix facio vos.

Aliud.

℞.Butyri crudi.
Mummiæ.
Medullæ ana ℔.ß.
Ariſtolochiæ rotundæ.
Conſolidæ aureæ ana ℥.ß.

Simul permiſce, donec liquores, & butyrũ vnum fiant: Et iterum,ſi quid valetis, huic vnico veſtris omnibus receptis oculũ eruite . Sed ne credatis, me vos Helueticis tãtum vnguentis expeditos velle , quæ tamen in conflictibus exercituum , cuncta veſtra pudeferunt chirurgoſque veſtros:hoc etiam perlegite.

Aliud.

℞.Mellis crudi ℔.j.ß.

Succi Parthenionis.

Peruincæ.

Pirolæ,ſingulorum ℥.iiij ß.

Indè mixturam facito.

Aliud.

℞.Mellis crudi.℔.vj.

Viſci Conſolidæ maioris.℔.ij.

Croci Martis ℔.ß.

Permiſceantur.

Si præſcripta recepta præ manibus accepe-ritis(quod facilè non feceritis , ſcio) tum pri-mum intelligetis,ab experientia , quam enor-mes errores in veſtris receptis hactenus com-miſsi fuerunt , & admiſsi verum ſi fortaſſe, il-la noſtra , & digna vobis viderentur, quam vt recipiatis (quę communis eſt veſtræ farinæ hominum conditio, quò meliora quæque fue-rint,vt eò minoris illa faciant.) Iam altiora vo bis proponã,vt ſat. Sit vobis,quod contẽnatis.

Aliud.

℞. Terebinthinæ.

Olei lini ana ℔iij,

Florum æris.

Croci Martis.

Salis fuſi ana ℥.j.

Liquoris Parthenionis ℥.iiij.

Coquantur in ſpiſsitudinem ſatis corporeã. Et quamuis ego receptum hoc non vocem bal ſamum,vt veſtra habet conditio,Quotquot ha betis vos balſama colligite,quibus, huic vnico rurſus oculum eruite,ſi quid valetis efficere.

Aliud

Aliud.

℞. Terebinthinæ.
Mellis cocti.
Succi Parthenionis.
Serpentariæ ana ℔.j.
Coquantur ſimul in ſuam ſpiſsitudinem.

In hiſce meis receptis quærite, ſi corpus vnicum vltramarinum inueniatis. Dico vos plus impoſuiſſe hominibus, veſtris illis vltramarinis, quàm probè cum ipſis egiſſe. Cæterum credite mihi fideliter aſſerenti, Græca, & Arabica recepta, regiones alias omnes, præterquam ſuas, perditè ſeducere.

Aliud receptum in quo Mummia potentiſſimè dominatur, ad omnium vulnerum curam.

℞. Olei anetini.
Lini ana ℔.j.
Terebinthinæ lotæ ℥.iij.
Carabis triti ℥.j.
Colchotaris.
Croci Martis.
Florum æris ana ℥.ij.
Fiat viſcus.

Aliud ſimile.

℞. Olei ouorum ℥.x.
Olei nucum ℔.j.
Olei lini ℥.ß.
Carabis contuſi ʒ.ij.
Coquantur in viſcum, & adde, viſci conſolidæ maioris, & lumbricorum ana ℥.ß.

Quid opus multa variaque recepta ponere me; cum duo vel tria tantum ad omnium vul-

nerum genera ſufficiãt,Mihi magis tribui poſſet inſcitiæ,quam laudi:ſed factum ea de cauſa putetis,vt ſolùm conſtet omnibus,quam vitia contemptu digna veſtra ſint , & minimum eorũ quæ prçſcripſi,hoc loco,certo certius,omnia quæ ſcripſiſtis vnquã excellat. Verum chirurgorum varia capita,ſenſuſque diuerſi, vt vni placeat illitus,huic vnguenta,potiones vulnerariæ tertio,quarto frixum,& quinto lixum arridet,vt omniũ appetitui ſatis fiat in ſimilibus,hæc plura notate quæ ſequuntur, ſatiateque vos in omnibus.

Chirurgiæ Paruæ lib. j. De mummia. cap.iij.

Vulnerum ſticticum fodicatorum, Emplaſtrum.

℞. Ceræ,Litargyrij ana ℔.j.
Calaminaris.Colophoniæ ana ℥.ij.ß.
Olei communis ℔. j.ß.

Liqueſcant igne leui ſimul Colophonia, oleum & cera,poſtea Litargyrium & calaminaris in puluerem trita , ſenſim iniiciantur, & in ſpiſsitudinem emplaſtri coquantur,incombuſta. Poſtmodum ea quæ ſequuntur addenda ſunt.

Additio

℞. Oppoponacis. Serapini. Bdelij, Ammoniaci, Galbani ana ℥. j.

Præparentur tamen, id eſt,in aceto coquãtur

tur priuſquam aliis admiſceantur.

Additio ſecunda.

℞. Corallorum alborum & rub.
Mummiæ, myrrhæ,
Thuris ana. ℥. j.
Antimonii ℥. ß.
Croci martis. ʒ. ij.

His pulueratis admiſce partem larignæ & maſticis, & liquata ſimul omnia effūdas, oleoque hyppericonis & lumbricino, cum additionæ ℥ ß. Caphuræ pinſito manibus in emplaſtrum & ſerua. Nec eſt quod ſub lunari globo quæras melius iſto.

Alia forma vulnerum, vlcerumque fodicatorum emplaſtri ſtictici.

℞. Galbani,
Oppoponacis ana. ℥. ij.
Ammoniaci.
Bdelii ana. ℥. ij.

Terātur omnia minutiſſimè, & in olla fictili vitreata poſita necnon aceto vinaceo forti perfuſa macerentur per diem naturalem. Poſtmodum igne ſuaui carbonum coquantur, vt gummi ſenſim liqueſcant, quo percepto, in ſaccum effuſa colentur, exprimantur, & ſeparentur à fecibus abiiciendis. Colatura hæc rurſum bulliat in olla ad euaporationē aceti, agitando ſemper ne fortè adurantur gummi, ſerua tantiſper. Poſtmodum accipe olei oliuarū ℔. ij. Ceræ nouæ ℔. ß. quæ in ollam poſita ſenſim liqueſcant. Iniiciatur tandem litargyrii minutiſſimè triti ℔. j. ß. & agitentur omnia ſimul

mul vt permiſceantur, & ſpadicei coloris fiant Deinceps accipe gummi priùs coctorum ad quantitatem nucis, qualibet vice, imponantur quouſque mixta colliquataque ſint omnia: vi-dédum interim ne plus æquo caleſcāt & efferueant, cùm ex ſui propria natura gummi calida ſint. Poſtremò tandē addito quæ ſequūtur.

℞. vtriuſque Ariſtolochiæ.
Calaminaris.
Mirrhę.
Thuris ana. ℥. j.

Tritis omnibus terendis & iniectis affundatur olei laurini, ℥. j.

Terebinthinæ puræ. ℥ iiij. Coquantur agitando ſumma cum diligentia. Bacillo intincto guttulas aliquot in aquam ſtillare ſinito, ſi digitis adhæſerit materia mollis, coquatur diutius donec dureſcat. Tum demum ab igne depoſita, in magnā peluim aqua plenā effundatur, ac manib, oleo chamemelino, vel roſaceo perunctis pinſatur, aut malagmetur horis tribus vel quatuor, & ſeruetur ad vſum. quadrageſimo poſtmodum anno, æquè bonū erit, atque primo recenſque compoſitum.

Vſus & vires.

Iſtius emplaſtri virtutes ſunt innumeræ, ad vlcera vetera necnon recen tia: ſiccat, mundificat, carnem bonam producit, conſolidat, ac ſanat, vna ſeptimana magis quam aliud integro menſe: putrefieri non ſinit bonum, aut corrum

pi,

pi,nec malam carnem excreſcere,neruis truncatis,aut contuſis optimum eſt remedium, ferrum,lignum,plumbum,& alia quæque de vulneribus extrahit,ſuperpoſitum eis tantũ.Venenoſorum animaliũ curat morſus,ictuſque:matureſcere facit apoſtemata cuncta ſuperpoſitione ſola:contra cãcrum,fiſtulam,ignem perſicum,&c.eſt excellentiſsimum:& mitigat omnes dolores.

Vlcerum cura per antimonium præparatum.

℞. Antimonij.
Tartari calcinati ana ℔.ß.
Alcool vini ſeſquimenſuram.

Mixta ſimul per alembicum deſtillentur, tã diu donec reſoluta ſint. Huius diſſolutionis accipe ℥.j.alcool vini ℥.ß.& paulatim exiccari ſinito, & poſtmodum ſuper marmor loco humido in oleũ ſolui. Maior cura vix poteſt ad vulnera reperiri, capitis vulnerib.tamẽ exceptis.

Addi poſſunt.

Huius olei antimonij. ℥.vij.
Succi tartari crudi.
Olei mirtillorum ana ℥.v.

Fiat mixtura, de qua ſi alternis diebus tantum ſemel vulneribus indatur, in modum linimenti,ab accidentibus tuta redduntur.

Lib.de præparationibus tractatu 1.de antimonio.

Vulnerum

Vulnerum cura per Bal-ſamum.

℞.Mummiam cum æquali pondere mellis, admixtis floribus hyppericonis,& vaſe conclu ſa vitreo ſigillato,ponantur in digeſtionem ſeptimanis quatuor. Poſtmodum ſeruetur hoc digeſtum,quo humectanda ſunt aſsiduè vulnera donec perſanata ſint.

Libello peculiari, de chirurgia vulnerum.

Vulnerum cura per Balſamum

℞. ſeminis hypericonis quantum voles & ex eo fac oleum per expreſsionem,aut deſtilla tionem, cui terebinthinæ pondus addatur æquale , cum optimo vino rubeo bulliant per horam.Deinceps oliuarum olei, quantum aliorum medietas fuerit,addatur,& iterum per horam bulliant vt prius. Tum demum adiūga tur bona florum perforatæ quantitas , & vinum vt antea,bulliantque per ſex horas, vel vſ que dum vinum totum abſumptum fuerit, oleis & floribus ad ſolem digeſtis per menſem.

Addi poſſunt in correctionem & augmentum virium.

Flores centaureæ , thus,myrrhæ mummia, præparata,ſingula,vel non , ad libitum. Item terebinthina deſtillata,cum floribus hyperici affuſa , poſtea digeſta per menſem ad ſolem.

Rurſum

Rurſum addi poſſet hypericonis ſemina,& ite rumdigeri per menſem. Poſtremò tantum terebinthinæ lotæ,quantum eſt totius præcedẽtis compoſiti medietas affũdi poterit,& ſimul omnia ſoli expoſita digeri per menſem. Vſus ad vulnera eſt,vt guttatim infundatur eis filamẽtiſque repleantur, ſemperque madida hoc oleo contineantur.

Libello præparationis,hyperici.

Vulnerum cura per lythargyrium præparatum.

℞.Lithargyrij per acetum quater albificati.℔.ß.
Succi parthenionis.
Conſolidæ minoris.
Ariſtolochiæ rotundæ ana.
Miſce cum muſcilagine lubricata.

Addi poterit.

Ad huius lithargyrij ℥.iiij.
Olei de camphora ℈.j.
Croci Martis ℈.iiij.
Fiat linimentum, quo vulnera die quolibet ſemel aut ad ſummum bis illinantur.

Lib.de præparationib.de lithar.

Vulnerum & vlcerum, ac Morborum externorum cura, per Mercurij præparatum maximum.

℞.Maximi præparati mercurij ʒ.ij.

Myrrhæ

Myrrhæ optimæ ℥.ß.
Camphoræ grana vj.
Croci grana v.
Oleipuri cariophillorum grana v.
Olei eiuſdem mixti ℥.v.

Fiat vnguentum, quo cuncta vulnera & vlcera quantumuis ſeparata peruncta ſanantur & quiuis alij tumores atque defectus.

Vulnerum cura mirabilis, magnetica.

℞. Herbæ perſicariæ, vel piperis, aut ſanguinis aquatici, aliàs nuncupatæ, quantum voles, in aquâ recēti lotæ vel ſimpliciter madefactæ. Contuſa ſuper vulnus applicetur, vel contingat ſolum aliquandiu, poſtmodum aliquo loco humido ſepeliatur, lapideque ingenti aggrauetur, vt citius putreſcat. Statim atque putruerit, ſanabitur vulnus quod attigit. Item equis in dorſo læſis, quem applicatur integra totaque inter ſellam & dorſum, quantò plus fatigatur equus, tantò melius curatur vulnus eius. Cauſam quære.

Libello præparationis perſicariæ.

Vulnerum cura.

℞. Cupri ℔.ß. Terebinthinæ deſtillatæ ℔.j.
Salis vulgi ℥.j. vitrioli ℥.ij.

Miſceantur & recondantur in vas clauſum, tribus mēſibus, tum demum erit optimum balſamum.

Addi

Ad eius ʒ.j.addatur olei communi ℥.j.

Addi poſſunt.

Ad eius floris præparati ʒ.j.
Olei anetini ʒ.iij.
Olei vitellorum ouorum ʒ.ij.
Fiat linimentum.

Alia additio.

Ad eius floris ʒ.ß.
Aloes hepatici.ʒ.j.
Liquoris conſolidæ ℥.iiij.
Miſceantur in formam liquoris viſcoſi.
Lib.præparationum,de cupro.

Vulnerum cauernoſorum, æſtiomenum, putridorum, humidorum, ſcabiei, atque pruritus cura.

℞. Aluminis rupei ℔.ij.aceti albi ℔.ß.
Salis fuſi vertonem vnum.
Fiat mixtura cum bullitione vſque in coagulationem & lauentur vlcera.
Lib.præparationum,de Alumine.

Vulnerum cura.

℞. Terebinthinæ ℔.j.
Ariſtolochiæ rotundæ, ℥.iiij.
Lumbricorũ terreſtrium ℥.vj.Deſtilla.

Vel.

℞.Terebinthinæ ℔.ij.

Olei communis vertonem j. vel ℥.iij.
Olei laurini ℥.j. deſtilla.

Addi poſſunt.

Ad alterutrius deſtillati ℥.ij.
Conſolidæ maioris ℥ ß.
Ariſtolochiæ rotundæ recentis.
Aloes hepatici ana ℥.iij.
Fiat cataplaſma.

Alia additio tam vulneribus quàm vlceribus accommoda.

Ad ſuprapoſitæ terebinthinæ deſtillatæ ℔.j. addatur croci veneris & croci Martis ana ℥. j.

Digerantur ſeptem vel octo diebus, & vulneribus aut vlceribus ſuperligentur bis in die: Lib. præparationum, de Terebinthina

Vulneraria potio.

℞. Olei de ſemine poroſæ vel hypericonis ℔. quadrantem, cui flores eiuſdem impone, ad libitum. Digerantur ad ſolem pro more conſueto. Poſtmodum recentibus adhuc floribus repleatur, idque vicibus aliquot repetendo, ſemperque digeri permittendo, quò ſæpius, eo melius. Bibantur vt moris eſt cũ aliis vulnerariis fieri ſingulis diebus ter, manè, ſub meridiẽ & veſperũ coclearia duo, cum decem coclearibus optimi vini: vel totius mixti huius coclearia duo qualibet vice, prout videbitur expedire.

Addi poſſunt.

Ad eius potionis compoſitionem Theriacæ & Mitridæ

& Mitridaticum ſelectiſſ: ſimulque digeri ad ſolem. Doſis ſit pro diſcretione medici.
Libello præparationis hyperici.

Vulneraria potio.

℞. Radicis ciclaminis ℥.ß.
Herbæ diapenſiæ candidæ M.j.
Solidaginis mediæ M.ß.
Decoquantur in ℔.ß.vini. ad conſumptionem tertiæ partis.

Addi poſſunt.

Ad huius decocti ℥.iij.
Olei cariophillorum deſtillati ℈.j.
Commiſceantur in potionem, de qua ſingulis diebus ter hauriatur.

Vulnerum pulueres conglutinantes & conſolidantes.

Pulueris conglutinantis Compoſitio Prima.

℞. Boli armeni ℥.iij.
